


ERYCI PUTEANI
IN
IS. CASAVBONI
AD FRONT. DVCÆVM
S. I. THEOLOGVM
V. C.
EPISTOLAM
S T R I C T V R A E.
LIBER PRODROMVS.



LOVANIL,
Apud Io. CHRISTOPH. FLAVIVM.
o. 130. XII.

Cum gratia & Privilgio.

THE UNIVERSITY LIBRARY OF THE CITY OF BOSTON
IN MASSACHUSETTS

AMPLISSIMO VIRO
R E M A C L O
ROBERTIO,
ANNONÆ MILITARIS
PER BELGIVM
CVRATORI REGIO,

E PRÆFECTIS

ÆRARIÆ BRABANTICÆ,

Bonorum Doctorumque Delicio

E. PUTEANVS D.C.Q.

BENÆ de ingenii sentire, Vir Amplissime, & honestâ laude eruditionem prosequi, Candoris lex est: nemo tamen tam præpostero judicio benignus fuit, ut vitia doctrinæ indulserit, & propitio famæ calculo dignatus sit, quicquid Musarum aliquis Mystra peccaret. Vbiique improbitas improba est, impietas impia: gravior utraque, si Litteris instructa audaciam sumat, & impunitate exsurget. Sed tuo exemplo, quid quantumque

hominibus doctis deferre fas sit, discere cœpi-
mus; postquam ISAACVS CASAVBONVS, ut
seipso major esset, Litteras deseruit. Nam ut
æstimâras ob egregia hactenus scripta hunc
virum; ita ob Epistolam nuper ad FRONTO-
NEM DVCÆVM S. I. Theologum V. C. edi-
tam contemnere potuisti; quâ in summum
Pontificem, in Religionem simul, & quæ pro
Pontifice atque Religione depugnat, Socie-
tatem IESV ferox, calumniæ negotium egit,
omnemque Musarum mansuetudinem viola-
vit. Sic igitur judicium tuum sequimur: nec
tam bonus jam nobis Is. CASAVBONVS,
quàm doctus est; aut tam magnus, quàm
clarus fuit. Quid ingenio & scriptione posset,
ne quis nesciret, in malâ caussâ ostendit: ma-
lus ipse, quia viris optimis, doctissimis, mode-
stissimisque injuriosus & infestus. Nam ut gra-
vissimè DVCÆVM laderet, Symmytas ejus
omnes vulneravit; & ad Amicum scripsit, ut
tutiùs noceret. Sed quid hoc aliud, per Deum
immortalem, quàm unius modestiâ & boni-
tate abuti, ut nemo non laceretur? lacerare
omnes, ut pœnam effugias? Solus enim si hanc
caussam disputet, qui amico nomine compel-
latur; leniori vindictâ oppugnantis audacia
vapulet. & qui amitissimum DVCÆV ingenium
nôrat CASAVBONVS, amicam adversarii vim
excipere sine stigmate poterat. Quis autem

pro-

probus ingenuusque, quis doctus & prudens,
quis Catholicus & pius Epistolam eam perle-
gat, nec offendatur? amet DVCÆVM, nec tra-
ductum judicet? Siccine CASAVBONVM scri-
bere! &, quod gravius, edere! Haec tenus indu-
striâ in Græcis Latinisque Scriptoribus recen-
sendis utilis fuit; aliena protulit, & illustravit:
quia ad ingenium venit, & seipsum stilo of-
fendit, malignitatem expressit. De suo mag-
nus esse non potuit, nisi ut perversus esset; nec
à FRONTO discedere, nisi ut amicitiam de-
strueret. Non verò prodidit hucusque vulnus
suum, qui læsus est; ut post injuriam quoque
acceptam benignus esset. Deinde non potuit
honestius adversarium vincere, quàm ut aut
tardè vindictam sumeret, aut prorsus omitte-
ret. Et fortassis ipso quoque silentio CASAV-
BONVS cruciabatur: contemptus est. Sic faci-
lius lèdere potuit, quàm offendere virum, à
Candore ipso & virtute factum. Et tamen pla-
cebat nescio quibus hominibus hæc Epistola;
vel ideo, quia à tali Auctore, imò verò tan-
quam adversarios solum nomen vinceret, suc-
cubuisse credebantur. Sed profectò præter
nomen nihil fuit quod terreret: atque avium
similes exstitere, qui sic territi. Illæ enim ut
inanis fundæ sono percelli solent: ita hi non
glandis iustum, sed lori crepitum exhorru-
runt. Talibus armis Balearis noster instru-

Etus, ne plumbum quidem torsit : fecit ipse
quod telum solet , excanduit. Orator verò
fuit, ingenium & simul causam cruciavit: co-
piosus fuit, ut nihil diceret; & acerbus, ut af-
fectum indicaret. Quasi tutissimam audaciam
loquentia faceret, satis habuit, repetito con-
victorum strepitu scriptionem extendere: &
hoc omnino persuadere multis conatus est,
seriām dissertationem longo sermone con-
strui; longum sermonem esse, qui quodcum-
que contineret ac repeteret. Ergo pistillum,
quod dicitur, circumvolvit; & vano terrore
tantūm vestivit imbecillitatem, cùm nec ad-
versariis par esset, nec argumento sufficeret.
Quia de P O T E S T A T E P O N T I F I C I S agit, in
Societatem insurgit: quia hęc pro Ecclesiā de-
pugnat, Regésque Dei Vicario minores facit,
turbarum, proditionum, cędium, parricidio-
rum accusatur. Ipsa jam sanctissima Religio-
nis auctoritas vapulat, tanquam scelerum my-
steriis sęva, tyrannica, cruenta. Sed quid est?
omnis impietas impudentiam habet: & quia
in Litteris nuper sibi visus hic Scriptor Dicta-
turam gerere, impune putavit, quicquid in
summis ac divinis delinqueret. Itaque stilum
ego sumpsi, aliquid temporis causę publicę
impendi; ut Christianum affectum meum
promerem , morémque Viris maximis gere-
rem , S T R I C T Y R A S in aberrantem misi : ubi

præ-

præcipue aut malignus ille , aut ineptus fuit ,
ostendi. Nunc verò , ut adversarium me con-
stitui scribendo : ita dissimilem quoque præ-
stare volui . Vnum ille allocutus est , tanquam
amicum ; ut quid in amicum ausus , omnes le-
gerent : sed cum omnes ego alloquar , tanquam
judices ; unius patrocinio stare potissimum de-
bui , qui incorruptâ prudentiâ voce publicum
velut suffragium formaturus , facile omnibus
persuadere posset , pro Ecclesiâ & Pontifice
neminem importunè loqui . Tu igitur unus
ille es , è magno magnorum mihi virorum nu-
mero selectus : è pietate & animo , ut ames o-
ptima , sanctissima , verissima ; è prudentiâ &
ingenio , ut intelligas . vel ideo rebus meis stu-
diisque peculiari quodam affectu fautor &
amicus , quia præter Litteras quoque (si licet
dicere) in PUTEANO tuo invenisti , quod
amares & extolleres . Atque hanc ego præci-
puam semper doctrinæ partem existimavi , ad
honestatem modestiamque Christianam mo-
res vitamque componere ; non scire tantum
pulchra , sed facere ; Deo & Veritati dare cala-
mum , linguam , mentem ; imò , ut hoc obiter
addam , tibi Optimo , Humanissimo , Pruden-
tissimo placere . Hic certè conatus sum , pul-
cherrimâ occasione , & ut imagine priscae hi-
storiæ consilium aperiam , tanquam in vastum
corpore Gallum Manlius pugnare ausus sum ,
quia

quia hactenus nemo prodibat. Evidem lasci-
vientem contumeliam Terrigenæ hujus, &
linguæ petulantia sœvi, diutius spectare non
potui. Prodii igitur, & ita Manlium expressi-
tamen, ut aliter pugnarem. Ille namque, ut
cum Quadrigario dicam, *non passus virtutem*
Romanam à Gallo turpiter spoliari, scuto pedestri,
& gladio Hispanico cinctus, contra hostem constitit,
scutum scuto percussit, atque statum Galli con-
turbavit: eo pacto ei sub Gallicum gladium succe-
dit, atque Hispanico peccus hausit; ego mero
Religionis igni excitatus, & velut incensus,
STRICTVRAS in hostem misi, nudam molem,
armorūque fucum deprehendi & exussi.
Totum jam CASAVBONVM aliis me fortior
aut præstantior invadet, conficiet, imò spolia-
bit, nomen fortassis Torquati sumpturus. Ni-
mirum plures hīc Romani sunt: & qui sic scri-
bit, omnes provocat. Hęc Epistola, laceffentis
Galli vox fuit: *SIQVIS SECVM DEPVGNARE*
VELLET, VTI PRODIRE T. & subsannatio ali-
bi addita, sed imprudenter atque infeliciter:
terrorem effeminavit. Itaque hęc mea dun-
taxat velitatio fuit: ostendi prosterni hostem
posse, quem sic vici: imò qui ferox presulta-
vit hostium signis, ut occumberet. Quid si
dicam, occubuisse, priusquam procederet?
Quem oppugnavit, priùs victorem fecit:
quantum scripsit, in spolia Apologistæ con-
cessit.

cessit. Hoc pulchrum est, confūtari ab eo,
quem protervâ censurâ vexas. In hostem, sed
simul in telum irruit; tam fortis, ut citius cade-
ret quād dimicaret. Argumentum repeto:
*De Responsione adversus Anticotonom communi
Iesuitarum nomine editâ differuit*: sed rejectus
ab eo, in quem differuit. Confer Apologiam
cum Epistolâ, id est, flammarum cum fumo, lu-
men cum umbrâ. Elisæ ac pulsæ semel crimi-
nationes, novâ in scenam personâ productæ
fuere. Hoc egit CASAVBONVS, quod ANTI-
COTONVS egerat; sed ut audaciore schemate
percelleret, latere noluit; ut extrema tenta-
ret, prodigus famæ suæ fuit. Iterum igitur,
Epistolam cum Apologiâ confer, & serio,
id est solito examine tuo utramque expende.

Tu ille es, cui verum placet; ille

— *dignoscere cantus,*

Quid solidum crepet, & pictæ tectoria lingua;
ille, dē quo verè possim dicere, VIR EST,
deprehendes profectò, talem Apologiam esse,
qualem accuratissimi judicii, candidissimæ
quementis FRONTO DUCÆVS eam censuit; ta-
lem Epistolam, quę non STRICTVRIS tantùm
configatur, sed flammâ & fulmine pereat,
vindictâ hominum, atque Dei. Quia homines
lædit, seditiona est; quia Deum, impia: culpa
culpæ jungitur, pœnámque exten dit. Am-
plius tamen peccare Auctor potuit; scribere



for-

fortasse ausus non fuit. imò ne repente tur-
pissimus videretur, petulantia cohibuit impe-
tum, & suspenso adhuc gradu ivit; in omnem
scribendi licentiam obstaculum nisi perpe-
tuum inveniat, erupturus. Vale Vir Amplis-
sime, & amari humanitatem, coli à me virtu-
tes tuas ama, quibus Belgarum tibi animos
devinxisti. Lovanii, x vi. Kal. Quintil.
• . I C C . X I I .

APPROBATIO.

Scriptum hoc ERYCI PUTEANI, V. CL. atque Historio-
graphi Regii, vel ideo prælo dignissimum censeo, quod in eo
eruditâ brevitate, Societatis IESV innocentia, et moderatio-
ne defenditur, ut præter Calumniatores nemo ledatur.

GVLIELMVS FABRICIVS', Novio-
magus, Apostolicus & Archiducalis libro-
rum Censor.

Cum Privilegio BELGICÆ PRINCIPVM.

Signat.

Buschere.

A D

AD LECTOREM.

COCTEROGO, LECTOR, ut, dum Sere-
nissimum Magnæ Britannia Regem
IACOBVM veneror, reprehendi ISAA-
CVM CASAVBONVM patiaris: & ab
eo, qui Litteras virtuti & veritati mavult, quam
ambitioni consecrare. CASAVBONVM, inquam,
virum Clarissimum; sed non extra omnem ingenii
alcam positum, postquam Philologia limites sprevit.
Tantus enim ille non est, ut si quid scribendo peccet,
extra censuram sit; si noceat, extra notam. nec tantu-
lus ego, ut loqui metuam, si quid non sine publicâ ca-
lumniâ proferatur. Omnipotens hostis est, quisquis urbi in-
cendium molitur; imò quisquis vim Principi insi-
diásq; parat: & à quocumque repellri potest. Ecce
CASAVBONVS molitur, CASAVBONVS parat:
incendium Ecclesia & Reipublica Christiana, &
quod mireris, è medio mari: vim & insidias Sacro-
rum Principi, Pontifici inquam Maximo, dum
Principes scilicet propugnat. Quia urbem nomina-
vi, & Ecclesiam expressi; tu me hic civem LE-
CTOR puta, Christianus sum: quia Principem dixi,
& Pontificem explicui; tu me militem puta, Ca-
tholicus sum; et si non Pratoria, quod dici solet,
cohortis: laxiori sacramento utor. Hominem igitur
è Litterarum casris profugum, & iam stilo damnosum,
STRICTVRIS, velit telis, petii. Ingenium
obieci, calatum acui, cùm fortassis impunitatem si-



bi

bi adversarius promitteret. Redeat ad Litteras, & magnum etiam habebo; ad modestiam, & venabor. Sed hic iam quantum vides, scribi citius potuit, celerius non potuit. Quia superiori demum mense manum opera huic admovi, festinandum fuit: & admovi demum; quia & sero Epistolam vidi, & FRONTONEM ipsum, aut alium, hac militia clarum expectare cœpi, qui hostem conficeret. Ergo ne longiores ferocia ferias inducasque haberet, amœnam indulsi severitatem animo, & hostilem impetum enervavi. Ut breviter dicam: pro Religione, Pontifice, Societate steti. Triplicem enim causam & sic laborem una calliditas distinguunt & militia exemplo malitia cœilia adversarii circumducunt; facilius Religionem destructuri, si Pontificem prosternant; & de hoc triumphaturi gloriōsius, si Societas debelletur. Quid verò potissimum configam, scriptura distinctio, & simul numeri in margine expressi indicant, qui ad editionem Londonensem referendi. Examina igitur, & ut magis Epistolam CASAVONI damnes, totam vide: inter Apologiam & has STRICTVRAS dices evanescere.

ERYCI

ERYCI PUTEANI
IN
IS. CASAVBONI
AD FRONT. DVCÆVM
EPISTOLAM
STRICTVRÆ.



S A A C V M C A S A V B O N V M , Vi-
rum, si Litteras spectemus, mag-
num; si vitam morésq; , non ma-
lum, quid nunc tandem mutave-
rit, à quiete ad turbas, à Musis ad
prælia , à modestiâ ad furorem
deduxerit, suspicari malo, quâm
dicere. Laudabit consilium, quis-
quis ferre fortunam suam non po-
test: alius morbum animi credet non sedati. Lugete
viles jam Litteræ ; scribere vobis hic alumnus desiit:
& quantum mutatus !

* Αὐταρ δὲ γυμνά τινα παχέων πολύμητις Οδυσσεὺς.
Sed quid est? ut maximus esset, è solio decidit; ut ni-
hil ageret, occupari in summis voluit; ut mirari jam
cessimus virum, in PONTIFICEM surrexit, multorum-
que vindicandam manibus veritatem pupugit. Om-
nes, omnes hīc vapulant, quibus prisca & erudita
Pietas hostes conciliavit. Ne quis injuriæ exemptus

A esset,

* Vilipes
est prudens
pānis exzu-
tus vlysses.

esset, læditur ille ipse, ad quem velut Iudicem itur: lædit qui blandus est, & amicum sibi elegit, quem posset offendere. adeóne familiariter? Sed profectò hæc si libertas Amicitiae legibus concessa, periit: & prorumpere ad injuriam calamus poterit, quoties conjunctissimus Vir aliquis, Clarissimusque compellatur: ab ISAACO CASAVBONO FRONTO DVCÆVS, à Philologo Theologus, à profano sacerdos; &, si ultrà comparetur, à deteriori maximo intervallo præstantior. Reliquum est, ut aut non fuisse amicum DVCÆI CASAVBONVM dicamus, cùm esset; aut si esse non desierit, ab homine ingenuo & probo hujusmodi scribendi modum alienum esse. Itane è Galliâ in Britaniā navigari non potest, nisi ut candor fidèsq; deserantur? Enimverò amavit hic homo, ut odiisse posset, quem cœperat fallere; Litterasque didicit, quibus abuteretur. Si rectè examinamus,

Alterā manu fert lapidem, panem ostentat alterā.

EPISTOLAM scribit, ad DVCÆVM mittit: non amicam, ad Amicum. Titulum inspice, panem ostentat: argumentum scrutare, lapides occultantur. In Deum, in Ecclesiam, denique in Societatem universam qui ini quis & contumeliosus est, non esse in DVCÆVM non potest. Magni corporis hoc quoque membrum est: quamcumque plagam Societati Epistolographus infert, DVCÆVS sentit; aut si hoc agitur, ut divisum à reliquis sensu & animo credamus, optimi & innocen tissimi viri fama majori vulnere deformatur.

Sed quanti hanc Dissertationem facere debeant, qui non legerunt, vel qui titulo contenti, pulchrum & supra censuram omnem habuère, quidquid CASAVBONVS exararet, ipse fatetur: INVITVS, seu COA

CTIVS

ctvs edidit, contra animi suis sententiam egit, id est, damnavit quicquid scripsit. Non potui sane mirari satis, cum id in litteris ejus legerem, & tanquam in excusationem promptum. in litteris, quæ ad ipsum quoq; FRONTONEM missæ, servilem eorum conditionem repræsentant, qui apud Reges vivunt. Ergo in Britannia libertatem CASAVBONVS amisit? & miser est, ubi felix esse debuit? ecce Principem jam suum accusat ac traducit: coactum se conqueritur. Id, inquit, si affirmasti mihi credere non vis, candorem meum utique non nosti. Nos credimus, & candorem nihilominus tuum desideramus. cuncti paflus, quæ ne scribi quidem debuerunt. Si tamen non tua voluntate, sed alieno jussu (lubet enim verba tua sequi,) quid nisi stramentum expectamus? Limpida & perennia omnia naturâ suâ fluunt. Turba & concute dolium, quicquid promes, faculentum erit: coge animum, infelix sermo etiam sub fuco morbum indicat. Male respondent, ut ille ait, *coacta ingenia*. Et quid verbis opus? ad Scriptum provoco. expendant docti, prudentes, sedati; & nomine, & ingenio, & modestiâ dicent Auctoris indignum. Bone Deus! quis crederet tam imprudenter, tam maligne, tam turbidè scribere CASAVBONVM potuisse, nisi fœtum ille suum, aut potius Calumniæ abortum agnosceret? Sibi & famâ suâ injurius, quantum inurere notam Ecclesiæ & Societati invitus studuit, scribendo accepit. Cum ignem accenderet, & flamas adornaret, in fumo conatus hæsit. Nam profectò caligare debuit, qui, ut maximè ini quis esset, invitus prodiit. Invitus, & sic infelix. Ad malam caussam hoc quoque accessit: perperam egit. cum pugnam capesseret, adversarios non expendit;

cum arma tractaret, miles nondum erat. Ut omnino dicam, Aries emissus in torquentem rediit, & Autorem vulneravit: quis picula vibrabat, verba dedit; ut maximè laceret, pulverem excitavit; ut Pontificem obrueret, convicia sparsit.

O Reges, plus jam quam parricida fecit, qui sic servare voluit: induxit scelera, ut pericula tolleret. Si recte calculum ponitis, destruit potentiam vestram, qui sic asserit: & ad turbandam Galliae in primis ac deinceps Europæ pacem haec amentia tendit, aut ut leniori vocabulo efferam, stili ingeniique immodestia.

Vos quoque quotquot estis, & cordati, & Christianæ quietis studiosi, vos inquam appello, ad vestrum tribunal quæcumque dicam defero, ut judicetis. Videte quæ CASAVBONVS scribere sustinuit, ut invitus ederet: conferte quæ ego opponere, ut turbulentum coërcerem: venena & pharmacum, maculas & spongiam, caliginem & STRICTVRAS. plus accusabitis hominem, qui invitus ad malitiam venit; quam laudatis hactenus, qui modestus fuit, quamdiu peccare præmio non potuit.

TECVM igitur nunc ago, CASAVBONE, & quam distiomnibus Epistolam, verbis conviciisque laciniolam, obiter PERSTRINGO. In antecessum vero, netus, quid peccares, FRONTO nesciret, culpam deprecari. Et quæ excusationis summa? Permitiosum Dogma (DE POTESTATE PONTIFICIS,) exitiabilis doctrina Autores acris fortassis aliquid dicere coegerunt. Quid dixeris hic quoque ostendis, cum excusas. Sed olenem hanc acrimoniam, & salem merumè vicino mari haustum! Dicis ea quæ sine horrore non legimus, & verborum

im-

impietatem audacissimo veneno imbuis. Omnino ita est,

Malus ubi bonum se simulat, tunc est pessimus.

Vulnera infligis, innocentissimos passim viros dissimulatâ rabie distrahis, denique ut Regibus parcas, in Ecclesiæ tamen Magnatibus purpuram laceras.

Iam quâ inclemtiâ ac pñè feritate in Apologistam incurris ! Felle, non aceto tibi pectus acre est: quod haufisti, reddis. Sed Veritatis negotium tractari virtutis sermone debet: is rectus est, & innoxia libertate se insinuat, cum aculeo blandus, cum severitate amabilis : uno dicam verbo, *γλυκυπιξιαρ habet.

Tu quid? De iis, quæ ad Principum jura, dignationem, securitatem, salutem denique & vitam pertinent, loqueris: an ut acer? imò ut malignus & amarulentus sis, & committere planè possis quod negas. Credemus igitur, quod ais, simplici te animo scribere, non odio aut obtrectandi studio impulsum: credemus, ab pestilente hoc morbo, nimis bodie latè graßante abhorrende. Credemus inquam; nam quicquid hujus legitur Epistolæ, invitus edidisti. Bene est: sed si sic pergitur, quisq; pro libidine suâ graßari stilo poterit, & culpam necessitati ascribere: Sub alieno imperio vivo, in hanc arenam detrusus sum. Imò bene est: facit hæc Epistola, ut vires liber Apologeticus habeat, adversus Anticotonom salubriter emissus, qui certè non confutatur. Facit etiam, ut jam intelligamus, quod tu pro affectu tuo optas, nibil ab inimicis præter calumnias & ficta crimina Societati objici.

Hoc etiam te interrogo: Sitotum damnas librum adversarii tui & antagonistæ, cur paucissima examinas? Satis habuisti, agitatam illam scilicet De Pontificis Maximi potestate Quæstionem turbido atque

* Dulcem
amarulen-
tiam.

P.A.C.

4.

5

A 3

sed

3 seditioso calamo vexare: quasi (ita scribis) erga Reges & Principes præpostero quodam Religionis zelo parum æqui Jesuitæ essent, & jura ipsorum ac dominationem alienæ potentiae amplificandæ studio, multimodis, quoties se daret occasio, scriptis, factis, irent imminutum. Aberras à scopo, & jam acer esse incipis. Sed revera, prodis hinc ingenium; &, ne quis deinceps nesciret, quod pondus caussa haberet, quam ut deltrueres, videris propugnare, à Calumniâ ordiris.

6 Itaque non in errore DVCÆVS, cui Apologia placuit: sed tu in morbo, qui negas, aut ulli Principi, aut cuiquam omnino placere eam sic scriptam posse, qui Principi suo & dignitati, securitatique ipsius optet esse consultum. DVCÆVS optat, nos optamus: librum tamen rejicere non possunus, nisi à recto judicio recedamus; nec veritatem litare, nisi nefandas calumnias, non sine horrendo scelere in Societatem IESV ab Anonymo contortas, detestemur.

6 Nunc quod de te ipse fassus, amico impingis: Cùm Apologiam laudaret, non tam judicium suum secutum, quam alienæ voluntati obsecutum. Imò & judicium suum secutus est, & alienæ tamen voluntati obsecutus: à Sym mystis suis non dissentit: imò sic non errat, quia non dissentit. Vides igitur, quo fructu similem tui DVCÆVM facias; ut servum dicas, ut candidum probumq; neges. Et laudas tamen, tanquam publicæ tranquillitatis studiosum, subditum * φιλοβασιλεα. quo fine? ut & virtutem, & modestiam, & pietatem lædas. quasi dicam, & mirum dicam; ut offendas, quem diligis. Planè per amici peccatus hostem Societatem petis.

* Regis a maniem.

7 Quid præterea? hac occasione, in Controversias sci licet ante pauca secula natas, nostro hoc acerrimè agitatas, que ad jura Principum pertinent, incurris. Breviter: ut exulceres.

ēeres. Exitiabilis (formula hæc tua solennis) doctrinæ
auctores defensorésque arietas: & licet? bonæ doctrinæ
infestus. Sic verò, ut opinionis petulantia scutum in-
veniat, ad Serenissimi Potentissimique magnæ Bri-
tanniae Regis nomen configis; tanto confidentior,
quanto facilitius ille tutissima religiosæ potentiaæ con-
filia amplecteretur, nisi tu quoque obstantes. Sed mo-
ve, quantum potes, seditionem calamum, bellum
summo Pontifici infer; nos tamen, quem liberalissi-
mum eruditionis tuæ Mæcenatem nactus es, stilo ve-
nerabimur; ejus Virtutem, Doctrinam, Majestatem
omni maximarum exquisitissimarumque laudum genere, quibus
dignissimum scribis, extollemus. Rex est, & hoc satis
esse poterat: * ὁ βασιλεὺς ἡς τεσ εξ αὐτοπών. Divinæ acce-
dunt dotes animi ingenioque: nostrum putamus quo-
que, qui sic eminet; & non jam hominem in homine
suspicimus. Ergo quia Rex quicumq; * διοτρεφής; Chri-
stianum quemcumq; * φιλοβασιλεῖα facimus: quia Ma-
gnus IACOBVS possidet quoq; quod pauci Reges; tri-
buimus, quod singularis ille diadematis splendor pur-
puraeq; dignitas merentur. Atq; hunc affectum Ca-
tholici sumunt; illi, qui summi PONTIFICIS potesta-
tem sacrosanctam habent; illi, qui Societati IESV fa-
vent & addicti sunt; illi, qui Apologeticum adversus
Anticotonom toto CASAVBONO majorem censem. So-
cietas ipsa (tollite calumnias & criminationes tan-
dem, ὁ exulceratæ mentes) Reges Dominosq; ue-
rrum amat atque veneratur. annon audacter efferam?
quicquid facit, impetrat; reddunt Reges, quicquid
accipiunt. Reges, sed Catholici, sed Ecclesiæ veræ ve-
ri filii, & qui se Pontifice minores gerunt, sic maximi.
Non recenseo. Suspice cælum; in oculos, ut summa

* Rex ve-
luit huma-
nus quida
Deus est.

* à Iove
nutritus.
* Regis a-
mantem.

sunt

funt astra , statim incurrunt : lustra terram ; eminere ac florere videbis regna , in quibus aliquam partem Societas facit ; imperio tamen subdita , & prompta ubique pro incolumitate suorum stare, excubare, imò perire Principum.

Quidigitur ? ut omnia ego Magnæ Britanniæ Regi Felicissimo, Sapientissimo, Clementissimo tribuam ; nihil certè Majestati ejus detracturus sum , si pro Religione , pro Societate , pro concordia publicâ loquar ; nihil in caussâ peccaturus , si à CASAVBONI temerariâ censurâ multorum innocentiam vindicem. Concedet hanc ingenio meo libertatem , qui , ut in maximâ Fortunâ Doctissimus esset , suum excoluit : cùm Veritatis audiet patrocinium , magis magisque nominis sui gloriam propagabit.

Felicissimum dixi ; sed quia verè potui : divisa haec tenus regna & sceptra admirabili Dei beneficio copulavit , & nunc circumfusum undique Oceanum, velut alter Neptunus novo Tridente temperat.

Sapientissimum verò ; & verè iterum : ostendit enim, bene cum populis rebúsque publicis agi, si Reges ipsi, Platonis oraculo, darent operam Litteris, atque Philosopharentur.

Etiam Clementissimum ; & pari fide : prorsus, ut omne videatur genus virtutum amplexus, quia quod maximum in homine , augustissimum in se fecit : ne in vindictam quidem optimæ parentis, & post hominum memoriam illustrissimæ sanctissimaéque Principis , atque eò infelicius necatæ, sceptrum cruentavit. Utantur hoc exemplo , qui crudelitatem proscribunt ; & persuadebunt omnibus, unicum mitissimæ naturæ specimen hunc Regem effulsisse. Ignoscere

po:

potuit, cùm pñè immanitate uti: tulit & perpessus est; neque hoc satis: promovit ad honores ornavitq;; quos quoties adspiceret, verè hostes & parricidas poterat appellare. Sic non sine maximâ virtute stimulantis alioquin ille igniculus animi repressus est. Regem igitur, quisquis pro veritate, pro innocentia loquetur, non offendet: ille potius, qui hoc ipsum agit, quod se negat agere; qui, ut efferat tamen quod audire debuit, *in deteriorem partem interpretatur omnia, & in mala mentis argumentum rapit.*

8

8

Quid tu ais? Salus Principum & apertâ molitione & per cuniculos in discriminem adducitur, quia Dicta quedam & Sententiae nonnullorum è Societate ab Apologistâ defenduntur? Quæ illa Dicta & Sententiae? pulchrè & tuo penicillo depingis: Unicum esse mundi universi Dominum, unicum Vice-deum, unum Imperatorem, unum Regem, unum verè Principem, Pontificem nempe Maximum. Quid præterea? Reliquorum falsam esse imaginem Principatus. Quinimò, Hos, si parum morigeros ille habeat, sive in Spiritualibus, sive in Temporalibus, ipso jure, etiam ante prolatam sententiam, vel certè statim à prolatâ sententiâ, illâ quoque falsâ imagine Principatus excidere. Et plura hoc colore promis, sed ut deiformes. Siccine aucturus hanc fabulam? Etiam miserabili cothurno IOANNEM Regem Navarræ inducis. Scilicet Iesuitæ, cùm nondum essent, instigare Pontificem potuere (tu Iovem Capitolinum impio scommate appellas,) ut in terrigenas fulmen suum vibraret; & qui triginta deinde annis loqui in Societate adhuc non cœperant, clarâ jam tum atque altâ voce (sic scribis) contendebant, CORNVA QVÆ VINCATQVE TVBAS. Si omnino exprimam quod ingeniosè designas, contendebant, IOANNEM Navarræ Regem è solio detrahendum, &

10

10

10

10

tanquam piacularē victimam finib⁹ ditionis, aut etiam ē numero viventium esse exterminandum. Sed benignē tamē agis, quia sic lēdis: cum adversariorum laude nugari incipis. Crevit retrō tam gravi pipulo Societatis antiquitas, tantumque ferē jam annorum origi- ni adjectum est, quantum ego vixi.

Ergo disputabis tu nobis hanc caussam De Potesta- te Pontificis, quam ut proponeres, errare, & simul calumniari debuisti. Neque etiam à IVLIO i. ordiris (altior hēc plaga esse potuit, postquam ab anno sta- tim 10. Societas accusari:) GREGORIVM VII. cru- delitatis idēam non obscurē appellas, atque tum tem- poris hanc de infinitā Summi Pontificis potentia mirificam doctrinam viguisse. Adde hoc quoque: Quia simul Iesuitæ fuere. Potes: semel enim jam fuerunt, cūm non essent: & toties erunt, quoties Pontificem pro- scindes: hunc G R E G O R I V M , & priorem quemvis, atque ipsum, si libuerit, PETRVM. Sic verò tutò dictu- rus, omnium munus esse, Dominationis sua caussā calum- terræ miscere, & universam Europam cædibus & parricidiis implere. Addis enim:

Hoc videlicet non obscurē BARONIVS significavit. Ac de- inde: Cardinalis verò BELLARMINVS quantum in simili ne- gotio urgendo sudarit, quantā contentionē & studio negotium gesserit, tot editæ ab ipso lucubrations, tot libri abunde testan- tur. Quorsum ista, nisi ut cædium ac parricidiorum auctores facias, & immanissimos humani generis ho- stes, quos accusas? E quo pectore ista manant? ubi pudor, ubi candor? Nisi furorem dicam, nimis leni- ter de effrenatā hac scribendi licentiā judico. In Vi- ros optimos, lenissimos, sanctissimos quid nisi virus effundis? Tu hīc ipse s̄avissimus es, & plus jam scribis.

scribis, quām accusas: verbo, vulnera sunt; hostes habes, quibus dissimilis es; & in calumniam calamum acuis. Itāne de Pontifice loqui nō potes, nisi ut impietatem effundas? nec Cardinales compellare, nisi ut scelera objicias? Si Christianum te nescis, hominem cogita; & in scriptis tantorum virorum siquid non ad tuum gustum, citra furorem nauseam indica: mendetam promittimus. Colore sanguinis vinum vides, & sanguinem exhorrescis: Potestatem audis, & cædes atque parricidia inclamas. quia malam adfers menten, etiam extra discriminem metuis: & quia in Cardinales Illustrissimos delinquere ausus, veste jam terroris; adeò, ut quicquid rubeat, cruentum putes.

Hæc quoque purpura est, agnosce; sacra est, venerare; sed omni savitiâ & barbarie spoliata, si bonus accedis. Atque in ipso summo Pontifice, reetum modò judicium adfer, tranquilla omnia, & paterno affectu magnifica sunt, quæ in superbiam & dominandi libidinem à seditionis trahuntur. ut multa complectar, insignia noménque Dignitatis reverearis potius, quām Potestatis verear. Verearis tamen servi si ingenium malis, quām filii assumere; & odiſſe pergas, quod destruere non potes.

Hoc agis verò, & ex eodem velut albo accusas Martam Neapolitanum, infrunitum, ut appellas, hominem; tum ejusdem doctrinæ Alanum, Sanderum, Philopatrum, Treshamum, Carerium, utrumque Bozium, Macksonium, Mancinum, Pesantium, Verunam, Simancham, & innumeros alios quā Iuris Canonici interpretes, quā Theologos. Ergo tot ac tantos audes petere? expende vires tuas: multis certare temerarium est: μάς δ' Ηρακλῆς πρὸς δέο.

Sed obsecro, quos petis? an & hi è Societas sunt? suscipiari poteram; quia *instar omnium BELLARMINVM habes*, nisi quòd BARONIVS præeat. Imponis tamen. De Potestate Pontificis quicunque scribunt, non idem scribunt: tu tamen promiscuè quoscumque censes. Societas etiam à plerisque istis diversum sentit, & in mollioré potius sententiam inclinat. Pulchrè igitur, *Instar omnium BELLARMINVM esse*. scilicet, in BELLARMINO omnes posse debellari, Iesuitas, non Iesuitas. Perstringamus.

12 Scripsit ille adversus BARCLAVM. *De Omnipotentiâ Pontificis*: placet formula: ergo (tuo sensu, meis verbis dicam) *Galliae Regem victimam fecit*. Quid ita? Parisiensis Curiae Patres eum librum censurâ suâ condemnârunt. Scin' quomodo? ne condemnarent. Sed obsecro, Edictum hîc Regiū cur dissimulas? an ut nescirent omnes, quod publicè Lutetiæ actum est, & à Christianissimo LvDOVICO XLI. Magnatum consensu, anno 100. IDC. X. pridie Kal. Decemb'res constitutum? Ergo credemus condemnatum esse librum, qui nullâ adhuc pœnâ legitur; credemus, callidum CASAVBONVM fuisse, ut aliquid diceret. Pellem vulpinam sume, & etiam veste ingenium loquere. tuum enim nisi jam astum sciant omnes, ignorent BELLARMINVM crudelem esse. Sed esse, pergis ostendere:

13 *Adversus Serenissimum Magnæ Britanniæ Regem* scribit: *Iusjurandum Fidelitatis à Regis subditis præstari non vult*, quia id illi videatur aliquo pacto Summi Pontificis omnipotentiæ repugnare; in quo peccâsse, ut quidem illi placet, fidem Catholicam sit abnegasse, & appellatione Christiani sese indignum reddidisse. Quòd ad scriptioinem attinet, caussas habuit; & simul ostendit, quâ tu modestiâ uti debebas, cùm

cum extra septa infaustum ducis calamum, & Pontificem oppugnas. Quod ad Iusjurandum, calumniari noli; etiam adversarios omnes noli *vel rei ignaros, vel meros Sycophantos* appellare. Censuerunt viri gravissimi doctissimiq., quibus hoc negotium datum fuerat, ut Britannicum istud Sacramentum diligentie examine expenderent; censuerunt inquam, Auctoritati & Potestati Pontificiae, divino jure concessæ, prorsus repugnare. Id deinde libris multorum confirmatum est, multarum Academiarum censurâ expressum, ipsius deniq; Pontificis Maximi Brevibus declaratum, Non posse ejusmodi *Iusjurandum Fidelitatis* sine Fidei detimento à Catholico homine præstari. Hæc expende, & aliquando ad verborum saltem modestiam veni.

Atqui doctrina hæc, ais, (De Potestate Pontificis) quam sit Principibus metuenda, evidentissimè docent, tot intra paucos annos aut patratæ Principum maximorum cædes, aut tentata; tot proditiones novæ, inaudite, quibus nihil simile priora ultra secula viderunt. Et nobis Principum salus Sacrosancta: cædes proditionesq; detestamur. Sed quid istud? nihilne simile priora ultra secula? & tamen hæc doctrina, vel te invito priorum quoque seculorum fuit. An hoc nescis? quid igitur scies? BELLARMINI
brum adversus BARCLAVM vide; scire poteris, quod jam nescis. De Doctrinâ verò sileo: de cædibus Principum quæ frons affirmet? aut ruditis es & puer, aut plures cruentâ morte sublatos legisti Reges, quam spectasti. Scilicet, priusquam tu eras, Saturnia regna erant? Gravi hoc nostrum injuriâ seculum oneras: crudelissimum facis. Non malignis tantum, sed & imperitis id vitium oculis inest; accusant quicquid

præsens est. Quid opus longius ire? ipsam Galliam tuam, sed alio ævo lustra: libros consule; & fatere obvium fuisse, quod aut ignoras turpiter, aut dissimulas nequiter. Nec opus est verbis. Gregorius Turenensis hunc tuum sive errorem, sive malignitatem confundit.

Frustra igitur ad vomitum redeas, & crudelissimum nefandi Regicidii scelus in Pontificem detorqueas, aut Societati adscribas. Te ad te duco, conscientiam ego tuam interrogo: INVITVS hoc etiam promis, qnod ipse tibiscio, persuadere non potuisti? Si casus damna, quas vesana Knox lingua, Buchanani penna, Godmanni doctrina (ne plures recensem) acuit. Detestare linguam, pennam, doctrinam, quæ pestilenti furore validæ, turpissima scelera & nefanda parricidia hominum mentibus inculcant. A quibus Principes sibi timere debeant, ipse Serenissimus Rex IACOBVS Præfatione Monitoriâ nuper edocuit: *A Puritanis non solum à nativitate continuò vexatus fui; verum etiam in ipso matris utero propemodum extinxitus, antequam in lucem editus essem.*

Ergo quòd de altâ firmaque persuasione mentis, quam Stoïci πρόληψιν appellant, addis, tam ad rem facit, quam à D. Ambrosio libidinosos reprehendi, ut credamus, Catholicos parricidas esse: quam olim multos fortiter aut sceleratè fecisse, ut hodie strenuum CASAVBONVM dicamus esse, quia in Societatem calatum stringit; aut Castellum aliquem à præceptoribus ad scelus instructum, quia Regis vultum infesto ferro vulneravit. Nebulæ in pariete. Cur igitur Herostratum producis? scilicet & hic Catholicus fuit, quia Diana fanum incendit. Cur Arriam nomi-

nominas? scilicet in Societatis ea scholis constantiam didicit, quia dicere potuit, *Pate non dolet.* Quid alios recenses? vin' dicam? ut fatearis tantum, peccasse mortales, antequam Societas esset.

Iam & *alia illa femina* (sic appellas) fortassis eâdem 16
BARONII & BELLARMINI doctrinâ conseleratam
mentem habuit, quia cùm ad mortem viam quæret,
adverso paricti caput ingenti impetu impegit.
Sed quid ais? *Alia femina fuit?* Fuit eadem illa Arria,
& hoc credere Plinio potuisti, lib. 111. epistolâ xvi.
Ait enim ille, geminum ejusdem animi robur comparans, clarius fuisse in Pæti uxore illud, *Pate non dolet:* at majus, Duram quærere ad letum viam, si facilis negaretur; caput in parietem illidere, & ostendere, se posse, imò velle mori. Sic eadem hæc femina & Maxima, & Clarissima, sed diverso facinore fuit: Maxima, cùm ostendit, se suam esse, uno verbo, Arriam esse, & quod vel morte gravius, posse pati: Clarissima autem, cùm, ut ad constantiam maritum animaret, suum ipsa pectus feriit; cùm cruentum tradens pugionem, ut fortius adhuc loqueretur quām fecerat, vocem hanc vulneri addidit, *Pate non dolet.* Pleniū in Martiali:

*Siquafides, vulnus quod feci non dolet, inquit;
Sed quod tu facias, hoc mihi Pate dolet.*

Error hic igitur Historiæ, sed profanæ, & exiguis est; qui in novo jam Theologo gravis esse non potest. Effugium quoque ostendo: aliam aliunde nobis feminam erue, quæ, quò sibi gravem vitam adimat, caput in parietes impingat, quia alia ad letum nulla patet via; & verba tua patiemur.

16

Hoc

Hoc tamen impræsentiarū tibi persuadeas velim,
etiam à non Theologo sciri, parricidium citra sanguinem esse posse, cruentâ mente, purâ manu : quod tu
exprimis, *Hunc certum esse parricidam, cuius animus doctri-*
nam parricidiorum magistrum semel imbibit. & in antecelsu
sum explicas, Tunc, tunc scelus contrahi, quando incipit
mens doctrinā MARIANÆ, aut similiū illius corrumpi. Quod
tendas video, & quos similes insinues ; sed sufflamen-
nandus es. Interim, scelus quodcumque, quoties co-
gitatum, maturum est ; quoties designatum, perfe-
ctum est. Sic latro est, scribente Seneca, lib. v. de Bene-
ficiis, etiam antequam manus inquinet : quia ad occidendum
jam armatus est, & habet spoliandi atque interficiendi volun-
tatem. Exercetur & aperitur operenequitia, non incipit. Am-
plius dico, Ad pœnam sufficere, meditari punienda : ut ad
laudem satis est, conari prædicanda.

Qui igitur meditantur punienda ? Exprime, ex-
prime ; parum est impudentem esse, si insultus fueris ;
& in nomina injuriam aperi, quam animo designa-
sti. Cogites, an nomines quod potest lacerare, turpis
es. Et quia jam MARIANAM, illiūisque similes accusasti,
quia Alastorum venenata & Satanica scripta pro mode-
stia tuā expressisti, ad rem veni. Scire velim, quos par-
ciduali doctrinā cruentos ad pœnam deposcas. MA-
RIANAM referunt ? nihil adhuc dicis, & multū tam-
en peccas. Alastores sunt, qui parricidia Principum
suadent atque etiam laudant ? promoves gradum. Paul-
lulum adhuc si frontem robores, nullum calamus
impedimentum inveniet. Audacter igitur. Theologi
Societatis IESV sunt : quia doctrinā suā Principum occi-
dendorum auctores sunt, & HENRICVM III. imo HEN-
RICVM IV. Reges Christianissimos occiderunt. Iam
Vir

Vires, nominare scelus audes. Nominas enim, cùm sic ostendis. Quid præterea?

Serenissimo Magnæ Britanniæ Regi horribili facinore insidias struxerunt; quod sicâ perfici non poterat, pulveris violentiâ machinati sunt. Hæc summa est, & in eo jamsudas, ut quemadmodum hanc invidiā apud IACOBVM Regem multorum malignitas Societati excitavit; ita tu nunc apud omnes omnino mortales eam confirmes. Sed quid est? ut malè de te-
ipso, pessimè de Rege merearis; fucum omnibus, in-
juriam Societati facis, & prostitutâ Amicitiæ fide
DVCÆVM tuum oppugnas.

Redeo isthuc: Theologi Societatis sunt. Iacta est alea: recense. Primus est PETRVS RIBADENEIRA: sequitur CAROLVS SCRIBANIVS; tertius, ROBERTVS BELLAR-
MINVS Cardinalis: quartus, FRANCISCVS TOLETVS,
pariter Cardinalis: quinctus, MARIANA: sextus, EMA-
NVEL SA: septimus denique, ANDREAS EVDÆMON-IO-
ANNES. Quæ in singulos effundis, inspiciam obiter,
& longam verborum acrimoniam in os auctoris re-
torquebo.

PRIMVS RIBADENEIRA excipere ructum debuit, sed
blando quodam odore, & adscititio fuco suffusum.
Placere studes, ut noceas: & in auspicio criminatioñ
humanitatem profiteris, ut venenum tegas. An clari-
riùs dicam? laudas viri ingenium, ut calumnieris.
Non suast, inquis, parricidia Principum aut etiam laudavit,
per se quidem \mathcal{V} * $\alpha\pi\lambda\omega\varsigma$. Quid ita? Neque enim in mentem ^{* simpliciter.}
RIBADENEIRÆ τ enire unquam potuit facinoris tam exse-
candi. Certè non potuit: in hoc verus es. non tamen
tuo verbo, $\alpha\pi\lambda\omega\varsigma$, & ut benignus sis, quia non persistis.

Redis ergo ad ingenium, & remotâ personâ, pro-

20 mis quantum latuit. Negari non potest, datam esse occasio-
nem suspicioni haud injustæ; quasi eorum saltem Principum cæ-
dem non improbaret, qui gratiâ Pontificis Maximi quoquo mo-
do exciderint. Strictim respondeo: negari potest. Quas
20 rationes adfers? Quia non obscuram, inquis, significatio-
nem dedit, HENRICI III. dirissimam cædem se probasse. Per-
ge * παραλογίζεσθαι: Quia etiam parricidæ tartarei sic meminit,
* Falsè
ratio ina-
ri.
ut proprius multò absit à laudante, quam à detestante; quod in
Sectatore IESV non immerito aliquis demiretur. Et perge:
Quia Principi, quem perditissimus Monachus, proprius subdi-
tus per immanes celus occiderat, ipse professione Theologus ma-
ledicit: Principi, inquam, mortuo, quod vix ab immanitate
barbarâ queat excusari. Dicis, quod jam à Calumniato-
re dictum erat: an & ego quod ab Apologistâ confu-
tatum? Ita, audebo. Nam ut similem me ei dicas, in
quem insurgis; nunquam evinces tamen, Parricidia
hoc sermone aut foveri, aut doceri, aut insinuari. tu
certè, qui Attabas Numenium sequeris, vide an à con-
ditione Calumniatoris Anticotonianî Anonymi in-
genium separe. Quid igitur? nodum stringam; Obe-
liscolychnum inferam, veru & lucernâ utar. Nam
detegenda hæc malitia est, & simul confodienda. RI-
BADENEIRA parricidæ ne meminit quidem; & aude
laudantis crimen objicere? Deprimo verba, quibus
universa sententia conclusa est; ut æquus prudensque
Lector suspecta habeat, quæ cum convicio videbit
scripta; serioque intelligat, nihil interesse, CASAVBO-
NVS, an quis è trivio Barbarus scribat, si pari malitiâ
caussa instructa est, & animi laborant. RIBADENEIRA
in ista verba: *Perniciosum humanæ prudentiae consilium, & ne-
faria Politicorum calliditas, anno post Virginis partum 10.
LXXXVIII. in Blesensis Comitiis HENRICVM Guifré Ducem,*
*& LDOVICVM Cardinalem ejus fratrem, fortissimos & Clari-
ssimos Principes crudeliter sustulit. Sed quoniam hoc consili-*
um,

um, quod à Politicorum & Machiavelli scholâ prodierat, cum
divinis legibus pugnabat, factum est, ut anno necdum decurso,
æquissimus sceleris vindictæ Deus à cædis auctore meritißimas
pœnas exigeret. Cedò, ubi h̄c Monachus, cuius memo-
ria colitur? ubi parricida, qui laudatur? Expunge ca-
lumniam: nullum certè h̄c facinus est, quod in Sectato-
re IESV merito aliquis demiretur. At Regi maledicit: quid
amplius? jam mortuo: deniq; homo Theologus. Fi-
go radicem compositi hujus sermonis: Non maledici-
cit. Crimē Politicorū calliditati & Machiavelli scho-
la assignatur, cui aures Rex præbuit: qui malum con-
filiū amplexus est; mentem, imò oculos cruentavit.
ergo vindicem Dei manū sensit, & quia cædis auctor,
pœnas dedit. Estne hoc maledicere? estne hoc imma-
nitate Barbarā debacchari? Lege Apologistam, & di-
isce, sine scelere Regicidii numinis vindictā nominari.

20

21

21

Sed altera difficultas h̄c supereft. RIBADENEIRAM,
ais, excusat Auctor, & furore illorum temporum abruptū. De-
inde, abruptum esse, supercilio plusquam theologico
objurgas; videlicet, peccare unumquemq; graviter, qui furo-
rem aliorū sequitur; gravius Theologū illum non è multis; gra-
viſimè è Societate aliquem. Nisi hoc est à semitâ deflecte-
re, poterimus deinceps rationes omnes differendi
confundere. Magnū facinus! tanquam arborem ster-
nas, si ramulum convulseris. Nugæ: hoc est, quod di-
citur, extra oleas ire. Ut concedat Auctor, ratione tē-
porū aliquid de Rege in vulgus sparsū, & à RIBADE-
NEIRA creditū sive expressū, quod opportunū nō esset;
negat tamen propterea sequi, eum cædem Regis co-
probasse. Hæc linea premenda erat. Tu omissā hype-
rà pedē sectaris, & nescio quam laciniā apprehendis.
Fallaci calamo oppugnas quod concessū est, & extra
causā esse potest. De Rege atq; regicidio dicendū erat;

tu BELLARMINVM arietas, & ad furorem temporum abis; atque interim vocabulo abuteris. Furorem vocas temporum, quem Apologista injuriam. Aliud est, furore abripi, & furorem sequi: aliud, injuriā decipi. Quid igitur? Publici furoris, id est, totius conjurationis approbator, fautor, & fax præcipua BELLARMINVS fuit. Scilicet, quia Lutetiae per illos annos egit? Vocabulorum ego hīc furore non abripiar: in re nisi fallis, Religionis ratio, & rerum status persuadere BELLARMINO potuit, ut partibus Confœderatorum faveret: non ut Rex occideretur, quemadmodum tuus hic elenchus est; sed ut Hæreticorum insanæ molitiones frangerentur. Si quid ultrà fuit, & furoris appellatione debuit efferrari, BELLARMINVS certè non probavit.

Iam de Pontificibus duobus, ut nihil dicas, seditiose loqueris: Ab his funestissimum illud Patriæ furentis incendium conflatum. Auden?

* Eta care,
ne quis Gra
corum ex-
audiat ista
sermone.

* Σίγα, μήτις ἄλλοις ἀχαιῶν τοῦτον ἀκούσῃ
Μυστ.

Profectò ita est; nihil unquam dixit, qui mentitus est: sed ego ut omnia dicam, infra responsum audacissimam calumniam habebo. Atque hoc Heroicum est: torsisti jaculum, & fugis: imò

A d Amphitheatrum Honori venis, tanquam gladiator pugnaturus. Cautè verò & circūspectè: quem petis, Hercules est: tanquam conchylium discerpēris. Lædi ille non potest, nisi ut tu pereas. Sed subeunda hæc alea; in arenam progressus es, & Adversarium concitasti. Pugna igitur, ego post STRICTVRAS etiam spectator ero: pugna, & tuo infortunio aliorum petulantiam cohibe. Magnus sis, & vel Hector ipse; Achillem invenisti.

Inte-

Interim tantopere noli Apologistæ insultare. Scire potuit, CLARVM BONARSCIVM per Anagrammatismum esse CAROLVM SCRIBANIVM: dicere hoc etiam, In Societate neminem CLARI BONARSCL nomine appellari.

Sed quæ hæc tua censura est? Rudem & stipitem esse, si quis ab eruditione Amphitheatrum laudet. Vide ne unus videris vel eruditus, vel Latini nomen tibi assumere. Triumphas igitur. scin' quomodo? Victoriam jactas, & adhuc litem agnoscis. Iudices qui erunt? FRONTO DVCÆVS, & ANDREAS SCHOTTVS. Scilicet hic uterque scriptionem SCRIBANII, illam, ut ais, Amphitheatralem, velut Histrionicam verborum ampullatorum congeriem, ex Apuleii Asno, & aliis præcipue Africanis scriptoribus, nullo judicio collectam condemnabunt? Hic uterque scriptorem ipsum, tanquam melioris omnis doctrina pus atque venenum despuit? Injusti & iniqui tuo exemplo sint, & statueram transgrediantur. SCRIBANIVM esse virum multæ lectionis, hic jam credere, & efferre potuisti: humumanum quoque, nequaquam subticere. A multâ lectio-
ne & humanitate ipsâ pus & venenum profluere me-
lioris omnis doctrinæ, Barbaris Potitiis, atque adeò hostibus Litterarum persuadeas. Nosce, nosce penitus hostem tuum: quicquid laudare poteris invenies, quicquid metuere. Laudes inexhaustum ingenium, igneum æthereumq; animum, virum totum cuicunque scriptioni & simul functioni parem, judicio prudentiaque admirandum: metuas virtutem, probitatem, pietatem, & quicquid dignam famâ doctrinam facit. In Amphitheatro quid horrorem accusas? Ut fortis esset, mollis & formosus esse non debuit: & quia in certamē venit, vincere maluit, quam placere.

Quod tu non negas, stilo Africanus fuit, & in hoc genere præstítit, quod faciliùs adhuc reprehédas, quām assequaris. Ipsū à libri limine proclamantem audi : *Vnum moneo : non exspectate dictionem mollem, fluidam, de tri- viis compotabilibus mutuatam; non mellis, non intersparso rario- re pipere leporis plenam : ardua res torosos ac quasi masculos la- certos exigit, qui non ad lascivientis oculi veneres, picturata ja- cula, sed solidammittant robora.* Procul ergo delenifica, & illa Suada facundia, quæ vulneri cicatricem mentitur : inducenda est ferro & igne. procul illa scitiissimis clausulis erotundata, tota que ductilis, que per aurium traduces instar digitii per cry- stallinas & onychinas crustas non impacto ungue perlabitur ; ut quam nulla rimoris obicibus fractura remoretur. Veteris monetæ spectatores volo. Talis hic scriptor, cùm pugnat : sed totus in uno libro spectari non potest : pro re & caussâ arma variat, pro argumento stilum. Ut scias omnia posse, etiam citra horrorem vincere didicit. Verba mittamus; rem examina.

Quid peccat SCRIBANIVS, ubi ab Apologistâ De- fenditur ? Regum Christianissimorum Majestatem sacrosan- etam & jura antiqua immixuit. Et quibus verbis defendi- tur ? Sicuti Dionysii, Machanidæ, Aristotimi, tota naturâ à Galliæ Regibus distant: ita nihil eorum quæ à BONARSCIO scripta sunt, ad præsentis argumenti Questionem facit. Omni- no, nihil facit : & sic Defensio, te invito, præclarâ esse potest, in quam stomacharis; non lædi à SCRIBANIO Galliæ Reges, si de Tyrânis disputet. Sine injuriâ Ma- jestatis Regiæ Potestatem esse Pontificis, HENRICVS Magnus ostendit, ut alia omittam exempla; SCRIBANI- VS docuit, & hīc docuit, ubi tibi reprehensus : Non ag- noscitis illam potestatem, per quam Pontifex HENRICVM IV. fidelium cœtui, & per hoc Galliæ Regno reddidit? Sed non potuit Pontifex Galliæ Regem anathemati subdere: factum tamen : & Rex potestatem agnoverit, cùm ab eadem evinculari & enodari nō

uno voto posceret, à quā vincitū se, omniq; Gordio nodo valē-
tiore implexū senserat. Ut scias imminutū non esse, MAG-
NI nomen invenit. Regni fasces Ecclesiæ clavibus sub-
mittimus: nemo idcirco tamen, quod tu ais, *Regem Re-*
25
gum in terris, Dominū Dominantium Pontificem appellat.
Pater est, Pastor est: &, ut summū tamen credas, Prin-
ceps est. Corruit pariter hoc acumen tuum: *Potestati*
Pontificis Reges subduntur; ergo precariō regnant. Auctorita-
tem dignitatēm q; Diadematis Regii Ecclesiastica Po-
testas nequaquam violat. Gerat se Princeps, quem sui
juris esse cupis, ut filium Ecclesiæ decet; & Pontifice
non Dominū, sed Patré experietur. *At in potestate est Pa-*
25
pae, in Reges sævire, eos deponere, & solio deturbare. Bona ver-
ba! quām sævire malū est, tam peccat ille, qui mansue-
tū violat. Quantū Pontifex agit, ad salutem & Clemē-
tiam confert: de cuius Potestate nemo conquestus un-
quam, nisi qui iniquus esset. Deinde Reges, quamdiu
Reges sunt, securi sunt: deponi Pontificis auctoritate
possunt, cùm Tyranni facti, cùm Ecclesiam oppug-
nant, Sacra pessimant, leges evertunt, & spreto salu-
tis cōfilio, per scelera, impietatem, pertinaciam gra-
fantur. Tyranni igitur, non Reges nominandi erant,
ut aliquid diceres; et si ne sic quidē verus, qui sævitiam
adjungis. Nemo cùm justè agit, sævus est: Tyrannum,
& qualē ferre Æquitas, Religio, Virtus nequeunt, non
regere, generis humani interest. Quid Pontifex? Divi-
ni Decreti interpresest: ut corrigat, nō ut perdat hunc
talem, Regno interdit. Cùm facit omnia, tantū tamē
in Tyrannū sibi nō sumit, quantū in Regem, si mune-
re abutatur, Buchananus populo tribuit, Dialogo De
jure Regni apud Scotos. Pauca ista verba liba, & le-
nem ac salutarem Pontificis Potestatem agnosce:
B. *Rex si facit, que sunt solvenda Societati humanae,*
cujus continenda caussā fuit creatus, quid eum vocamus?

M.

M. Tyrannum opinor. B. Tyrannus autem non modo non justum habet imperium in populum , sed etiam populi hostis est. M. Hostis profecto. B. Cum hoste ob graves & intolerabiles injurias est justum bellum. M. Iustum sanè. B. Quid in eo, quod cum totius humani generis hoste, hoc est, Tyranno geritur? M. Iustissimum. B. Bello autem cum hoste justâ de causâ semel suscepto , jus est non modo universo populo, sed singulis etiam hostem interimere. M. Fateor. B. Quid Tyrannum hostem publicum , quocum omnibus bonis perpetuum est bellum, nonne singuli è tot à generis humani multitudine jure omnes bellorum pœnas ab eo expetere possunt ? M. Video nationes ferè omnes in eâ sententiâ. Nam & Thebe laudari solet , quòd maritum; & Timoleon , quòd fratrem, &c. adèc nullum ne humanitatis quidem vinculum cum Tyrannis esse existimabant.

Ais verò : Quid est Majestatem glorioſiſmorum Regum lædere, & nora inter eos iura statuere, si hoc non est ? Verbum muta , & Vates eris : Quid est stabilire, si hoc non est? Prorsus Pontificiæ Potestatis fructus est , ne Reges mali sint, ne impii , ne abominandi. Etiam clariùs? ne Reges desinant Reges esse ; id est, ne in extremam tyrrnidem prolabantur.

At de Regibus , non de Tyrannis SCRIBANIVM vis loqui , & impudentiæ Apologistam accusas , qui id negat. Fraudem detegamus. Objecerat SCRIBANIO Anticotonus verba ita : Dionysu, Machanidas, Aristotimus , ſeculorum portenta Galliam premant : nemo Pontifex Dionem , Timoleontem , Philopemenem , Helematum securus animaverit ? Plura etiam monstra Rempublicam in vinculis teneant : nemo Thrasibulus manum moveat ? & , ne omnia dicam, nullus tamen in hanc belluam homo miles erit? nullus Pontifex nobiliſimum Regnum securi eximet , vitæ donabit ? Hæc inquam verba Anticotonus iniquiſiſmæ censuræ sub-
jicit,

cit, & de vero ac legitimo Rege, non invasore tantum
aut Tyranno vult intelligi. Negat Apologista. Quid
tu? Postquam ingenium torsisti, postquam lemma
cruciaisti, hoc efficis tandem, ut credamus hic de Re-
gno Galliæ agi. Credimus, imò affirmamus ipsi. Quid
ergo? ipsi Reges notantur? Ergo Galliæ Reges Dio-
nysii sunt, Machanidæ, Aristotimi? Tuas voces tibi
reddam: *Hoc verò mirum & portenti simile mihi videtur.*
Exemplum jam in crimen venit. Premant Tyranni
Galliam; ergo premunt: fingantur Tyranni; ergo
sunt: monstra Rempublicam in vinculis teneant; er-
go tenent: proponantur monstra; ergo sunt.

Huic deinde Paralogismo affectum impendis, &
ex imo pectore in Apologistam despici: *Sine pudore
esse; & quicunque vocationis emplastro fraudes, mendacia, perjuria
tegeret, frontem æream habere, cor involutum & multiplex; pe-
stilentis doctrinæ defensorem esse.* Si pergis, in te voces tuæ
redeunt. Qui rationibus vincere non possunt, ver-
bis ferociosunt; ut aliquid dixisse videantur, ad con-
vicia se effundunt.

Tale & hoc est: GvIGNARDVM à SCRIBANIO in Cæli-
tum referri numerum. Deinde: *Suaviludium*, imò ab inge-
niuitate alienum Apologistam esse, cum hoc negat. Negare hic
potuit: referre ille non potuit. nec enim summi Pon-
tificis auctoritatem usurpar. Eadem & aliorum re-
prehensio fuit, sed à KELLERO nuper retusa: iniquior
autem, quia non unus aliquis, non BONARSCIUS, sed
Iesuitæ nominantur; ut communi culpâ tantum vi-
deatur facinus commissum. Audiamus: Iesuitæ, duobus
adhinc annis, GvIGNARDVM in Sanctorum numerum retule-
runt, laureoque tempora serto redemerunt. Quid KELLE-
RVS? Iesuitæ neminem in hoc Cælitum album referunt: pertinet

id ad caput Ecclesiae , à quā vos profugi , calle ad Superos amistis , Superis difficillimi . Præterea , ubi G V I G N A R D V M B O N A R S C I V s nominat ? sed designat . Tua hæc conjectura est , & audes in dubiis tam confiden- ter loqui ? Apologistæ excusatio locum habet , Non designari G V I G N A R D V M , quia postremus nominatur , qui in Galliâ capite mulctatus est , cùm neque primum liceat invenire : isque unus sit ex omnibus . Fallsum esse dicis ; & ut alios ostendas sententiam passos esse , A L E X A N D R V M H A I V M indicas perpetui exilii damnatum . Ergo apud te exilium mors est , & apud suos non vi-

- 31 vere , id est capite mulctari . Cum Iuris consultis sic loque-
ris ? Aliud nisi adfers , frustra vexasti calamum . Sed
33 bene de Apologistæ fide & sinceritate erga Christianissimos
Reges F R O N T O sentire poterit , qui ut Institutum vite
mutet (quod callidè suggestis ,) ut Societatem oppug-
32 net , ut credat , à Symmystis suis novam , pestilentem , &
doctrinæ Christi doctrinam contrariam tradi , tua adhuc Si-
ren non efficiet .

D E I N C E P S Illustrissimum Cardinalem BELLAR-
MINVM lacefisis , nusquam adhuc victor . Quibus ar-
mis ? plumbeo gladio : & quem Virum ? cuius tu vel
umbram timeas . * μὴ πρὸς λιοντα δορκάς . Nam hīc certè ite-
rum in Melampygum incides . Tuo periculo manum
confere .

- 35 Summa criminatis est : Doctrina BELLARMINI
Principibus exitiabilis & funesta est . Cantilenam eandem
canis . Syllabam adjice , & iisdem verbis neges esse :
N O N E S T . Quos igitur fluctus moves ? quos antea
34 concitasti . Parisiensis Curiæ Patres nigrum theta nuper adeò
huic doctrinæ præfixerunt . Sed frustra es , & in vanum pe-
tulanti stilo sudas . Dixi infastam litteram Decreto
Regio

* Ne supra
contra leo-
nem.

Regio sublatam esse ; imò pristinam libro auctoritatem restitutam.

De BELLARMINI ingenio quid tanto fastu judicas ?
Tu illum docebis , quid scribere , & quomodo debeat ? quasi hactenus inutilis , aut seditiosus ? Tunc ?
* καὶ χρόνος ἐν λαζαρού. Præstítit in Ecclesiâ pio fervore suc-
census vir ille verè magnus , quantum nullo furore aut
tu , aut tuꝝ notꝝ homines unquam destruent. Legen-
tur à Regibus & colentur scripta ejus , quando hæc tua
Epistola ignorabitur fuisse.

Et quid dicas ? quo colore BELLARMINVM accusas ?
Ingerium & doctrinam ad augendam Ecclesiæ scissuram contu-
lit. Deinde : Principibus terribilem Papæ Omnipotentiam , &
Spiritū superbia Ecclesiæ exitiabilem , tot lucubrationibus acer-
rimè propugnavit. Nihil facilius , quām si impius esse ve-
lis , calumniam instruere. Scilicet , magnus tibi BEL-
LARMINVS esset , si in Pontificē insurgeret , si conscienciam suam violaret , si invitus scriberet . Sed heus tu :
éstne hoc A pologiam cōfutare ? Enimvero , ut aliquid
ageres , agere hīc nihil debuisti ; vel ne otiosus es , in
tuo choro occupari . Nunc ingenii tui septa transilire
voluisti , & de curru delapsus es . Contulisses tu litteras
doctrinamq; tuam , quod à Cardinali exigis , ad se-
dandam potiūs , quām concitandam multorum pro-
terviam ; qui per turbas novitatem querunt , non aliam
ob caussam de Regum Regnorūmque jure soliciti ,
quām ut Pontificem proscindant : fortassis etiam Pon-
tifici infesti , ut Societatem calumnientur . Tuum e-
rat , avorum saltem exemplo , modestiūs de Sum-
mo Ecclesiæ Capite loqui ; revereri viros , qui ut
tranquillitatem publicam promoverent , non Reges ,
sed Hæreses oppugnârunt . Si auctoritatem Romani

* Etiam
corchorus
inter hole-
ra.

34

Pontificis, Deique in terris Vicarii, non agnosceres; an proculcare debuisti? &, si fortassis nō intelligeres; an convitiis onerare? Citra calumniam quædam reprehendi queunt. Sed intelligere poteras, æquo si animo BELLARMINI libros inspexisses.

Eos h̄ic jam aliâ verborū structurâ, toties repetitâ sententiâ, *Contra Regum jura, & in Principū certam perniciem* aīs *scriptos*: sed tanquam Dycæo notos, superfluum putas cōmemorare. Omnino, libri BELLARMINI Dycæo noti: hoc ignotissimum tamen, contra Regum jura, & in Principum perniciem scriptos esse. Quousque tandem eadem? Tu in perniciem, ego in salutem dico, & vinco. Examina scripta. Christiani & Theologi munus Vir à Deo factus implevit. Sic verò quia bene de Ecclesiâ meritus est, tibi parricida jam videtur: quia perversa de Religione dogmata jugulavit, vilem impiūmque facis. Quid ita? Potestatem defendit Pontificis. Ergo parricidas in Reges concitat? Toto hoc dicis animo, nec ostendis. Multa dicis, sed eadem. Hæc est, quod dici solet, * ὑπέρ περιτροπής. Vbi rationes, ubi sententiae pondera atque firmamenta? Quod accusas, scelus est; nisi ostendas, tuum facis. Possis eodem acumine: Pontifex Romæ est; ergo Ecclesiæ caput non est: imò Pontifex est; ergo in Reges cruentus est. Sed aliter scribere non possunt, qui Ecclesiæ infesti sunt. Quia nullo ingenio extorquere à pertinaciæ somite ignem potes, verborum fumo molestus es, & rerum lucem involvis. Non mentis tux subtilitatem accuso, sed argumentum: neque parum h̄ic præstítit, qui ut objiceret crimen, finxerit; qui ne taceret, audax fuit.

Satis scilicet erat, dicere, BELLARMINI doctrinam cum dis-

* Piffilli
circumvo-
luto.

disciplinâ atque exemplo Domini IESV è diametro manifestissimè pugnare. Quis enim crederet, tam impudenter veritati injuriam à CASAVBONO fieri? Sed aliqui homines tam simplices quoque inveniuntur & cornei, ut quem doctum noverant, & summum dicerent, existimarent malum esse non posse. Bone Deus, quām insigniter falsi sunt? Ac poterunt deinceps pro non docto habere, quem malū deprehenderunt; pro non summo, qui provocavit omnes, ut neminem vinceret.

Te interrogo CASAVBONE, si bonus candidusque es, amice; si non bonus, hostis atque inimice; te, inquam, interrogo. feliciorēmne Reipublicæ Christianæ statum existimas, si ne in Religionis quidem negotio Pontificis Potestatem Reges vereantur? Possis eādem operā Religionem tollere, errores indulgere, tot Ecclesiās, quot Regna nominare, miscere omnia & confundere. Via hæc est ad licentiam, ad turbas, ad chaos. Rex ipse aut bonus est, & qualem Religio jubet; aut malus, & qualem Religio vetat: si bonus, frustra Pontificem timeat; si malus, liberā viā impietas non grassabitur. Sumimum non esse Regem, ubi peccare potest, ubi perire potest, hoc verò est seculum esse. Populis imperet, sceptrum efferat, unus emineat, nulli obnoxius: sed cùm divina violat, Religionem lædit, & pietatis proculcat munia; impedimentum esto, & vim suam concessa à Deo Pontifici Potestas habeat. Quid plura? Parricidam non esse, qui hæc doceat, tandem aliquando tibi persuadebis. Nam ut risum moveas, hunc in modum ratiocinationem licet componas. Tolle Pontificiam in temporibus Potestatem; & delinquere Rex non poterit: admitte; & Rex occidetur. Imò verò, si verum audire

vis, tolle; & delinquet: admitte; & vivet.

Regum timendorum in proprios Greges,

Reges in ipsos imperium est Iovis,

ait Lyricus: quo dogmate, si è tuo sensu argutemur, & Reges parricidæ fiant; quia imperium in greges habent: & Deus ipse parricida; quia Regum ille Rex est. Pone, quod Pontifici non assignatur, Potestatem occidendi habet; an inferas, Ergo occidit? minùs etiam: Potestatem occidendi habet; ergo parricida est. Exemplo agam, & tamen dispari. In subditos suos Magnæ Britannizæ Rex potestatem habet: in subditis Lucius aliquis, sive Manius: is homo est, & delinquare potest; ergo poenam inveniet? ergo plectendireus criminis, in crucem ibit, & luctantem in corpore spiritum sepeliet? Vides quām h̄c stulte texantur? & dicenda tamen erant, ut argumentationis tuæ vim intelligeres; modestiùs de Illustrissimo Cardinali BELLARMINO, déque Societate loquereris.

Sed Hostes, & Proditores, & Parricidæ Regum Iesuitæ sunt: & in tantæ sententiæ præsidium Regis quoque verba producis. Ego Magniverè IACOBI Genium veneror: sed ne omnino taceam, depromere audebo quod Rex quoque dixit; quod è Galliâ deferre in Britanniam brevissimus rumor potuit. Rex, inquam dixit, HENRICVS Magnus, & plus quām humanâ voce usus est, quæ quamdiu Reges erunt, quamdiu populi erūt, audietur. Agebatur de reducendis in Galliam Iesuitis: quia ardua res erat, & consilio Regis, voto bonorum suffragia quorumdam reniterentur; ipse loqui voluit, & omnem à caussâ invidiam removere. Nemo, inquit, adhuc inventus est, quem in Regum necem Societas erudierit; nemo, quem animarit. Oneratur fama, sed figura

menta

menta calumniásque innocentia superat. Triginta & plures anni sunt, cùm in Galliis juventutem Litteris, omnes moribus bonis instituunt. Vbi exemplum sceleris, quod accusatur? ne vestigium quidem est. De Barrerio frustra estis. aliquid ille in me machinatus est, sed Iesuitus debeo, quod non perfecerit. Nemo Patrum confessionem hujus facinoris exceptit: fuit verò, qui optimâ fide me periculi monuerit; alius, qui aeterni supplicii metum tam enorme parricidium molienti incusserit. Amplius Castellus deinde ausus, tentavit scelus, non concepit tantum; & in parte perfecit. vulneratus fui. Sed an Varadii, an ullius è Societate consilio? tormenta negant. accusare innocentiam percussor non potuit. Si secus est, cur noxiis pepercistis? cur vincitos dimisistis? vestro judicio, quia extra poenam, etiam extra crimen sunt; insontes, quia virunt. Demus etiam, è tanto aliquem numero maligni quid ausum esse, an totum Apostolorum Collegium ob parricidam unum Iscariotem damnabitis? Non potuit sanctius aut prudentius Rex Magnus loqui: non potuit facilius hostium ac parricidarum nomen ab innocentissimis Patribus removere. Reduti sunt, firmati sunt, novisque beneficiis aucti. Nosti ista; sed si dissimulas, Lixivium usurpa, quod male sans capiti GRETSEVS præparavit. Nam quid dicere hinc ego possum, quod ille non dixit? imò quid non dixit ille, quod sinistram multorum de Societate opinionem abundè possit confutare? Sed video quid sit: nullus tibi GRETSEVS erit, quia BELLARMINVM audes rejectare. imò, ut calculum vertam, nullus tu deinceps eris, quia summos adversus viros calciras.

ETIAM adversus TOLETVM. Nimis verum est: petet omnes, qui Bonam Mentem deseruit. Sic ebrii, quos in furem Bacchus stimulat, si gladium naeti, pugnant; pari & irâ & stultitiâ in quoscumque ruunt,

non

non fortis, sed ridiculi. Omaino, & ingeniorum quædam ebrietas est.

38 Tuis igitur nunc verbis, *Cardinalem Cardinalis excipit, BELLARMINVM TOLETVS. Quem BELLARMINVM?* (redis enim, & in purpuram novos flosculos spargis)

39 qui *nova portenta sententiarum promptis*: qui * *répas*, & *portentum novi generis contra BARCLAVM* scripsit: qui *Recognitionum libellum*, id est *fœtum novarum & mirabilium sententiarum* edidit: qui alia multa ad Romani Pontificis in ter-
* *Deifica-
tionem.*

ris degentis & ποδεων novo audacie exemplo excogitata; qua aliquis fortassis credat Iudeus Apella; at nemo credet gnarus veteris fidei, veteris disciplinae & historiae. Confidenter tu ista; sed quia dicis tantum, verba sunt, & evane- scunt.

40 *Quis jam verò TOLETVS tibi? Homo, inquis, erat,* & falsas opiniones cum suscipere ipse, tum aliis tradere poterat. Ergo quid bene, quid male, quid verè, quid falso scripserit, unus nobis judicabis? Gratulor nobis hunc Midam. Ita est: homo TOLETVS erat; sed qui docere poterat, vos certè erroris alumnos esse, quotquot in Theodori Bezae Scholâ adolevistis. Bene ta- men est: aliquid non male scripsit; quia & doctissimus

38 *Beza fuit, & doctorum candidissimus estimator.* Tamen homo TOLETVS: Beza fortè & CASAVBONVS Dii. Quid perperam docuit homo? De vi majoris Excom- municationis, De usu Æquivocationis, & Retentio- ne Mentali. Laudo: quod non placet, damnas; quod adhuc non disputas, tollis. Ostende perperam hæc à TOLETO, & in gratiam duntaxat Pontificis ornandi tradi- ta esse, & Deum te appellabimus.

39 Nam quod als, hæc non è sententiâ Auctoris scri- pta videri, sed adjecta, qua Auctor fortassis, si viveret, obelo

obelo transfoderet; falleris. Ut scias h̄c quoque verum TOLETVM fuisse, quem in ceteris maximum confite-
ris, scripsit quantum h̄c audes impugnare: nec in-
cessere conviciis hanc caussam potes, nisi adversari-
um TOLETVM habeas.

De Æquivocatione quid vivus tradiderit, sciunt
viri gravissimi; & ut à te dissentiant, nunquam sane
perfidia magistrum ejusmodi doctrinam, & humanae Socie-
tati perdendæ inventam dicent: nunquam abominandis
dogmatis & nomen suum & scripta TOLETVM maculasse.

De vi majoris Excommunicationis si verba ipsius
promam, ipso vivo citata & edita, facile obtinebo,
genuina esse, quæ per fraudem ^{vnus loquaciter adjecta} suspicaris.
Genuina, inquam, nisi vixisse Auctorem neges, ante-
quam Cardinalis fieret. Eo igitur tempore ad Perse-
cutores Anglos liber pro Catholicis adversus Iustiti-
am Britannicam editus est, qui doctrinam hanc
TOLETI, imò verba expressit; non sine laude tanti
scriptoris, ubi D. THOMAE de Principe Apostolatâ sen-
tentia explicatur. Cū primū est quis denunciatus ex-
communicatus, omnes subditi absoluntur ab ejus obedientiâ.
Licet enim sit notorium crimen Principis, non absoluntur
vassalli à juramento, ut bene dicit Cajetanus, ante denunciati-
onem ab Ecclesiâ: quâ factâ, non solum sunt absoluti ab obe-
dientiâ, sed tenentur non obedire; nisi forte proper periculum
vitæ, vel damnum bonorum temporalium. & sic de HENRI-
CO VIII. in Angliâ factum est, cui etsi subditi, postquam de-
nunciatus esset excommunicatus, tenebantur non obedire; tamē
quia is crudelis erat, & illos vel vitâ vel bonis priuasset,
excusati fuerunt subditi illi adhuc obediendo.

Quid ais igitur? Hæc cine explodenda, & cum dete-
statione Christianis omnibus despueda censes? & eò quidem

41

40

41

* German-
nus.

vehementius, quò majore probitatis opinione fuerit, qui illa docet? Imò miramur, inquis (lubet enim repetere) virum aliàs probum adeò abominandis dogmatis *U* nomen suum *U* scripta maculasse. Breviter: miramur nos te, CASAVBO-
NE, sic scribere; imò non miramur: quantum mali peccant, solent objicere.

SINE MARIANA imperfectam criminatio scenam cœlūisti: prodire debuit, imò accusari debuit, quāvis ab Apologistā nō defensus. Tuis te verbis alloquor:
Auctor Apologie omnia defendit, omnes ruetur, omnes laudat,
uno MARIANA agre excepto. Hoc pulchrū est: causā cùm nō invenis, facis tamen; & quia ab hoc Patre scriptū, quod dānari potuit, novā audaciā universā ad tribunal Societatē rapis, & parricidii accusas. Ergo jam si-
cas omnes gerūt, & ferro instructi sunt, quia Tyrāni
cruore calatum unus ille imbuit. Tragicus dixerat:

Victima haud ulla amplior

Poteſt magis que opima mactari Io-vi,

Quām Rex iniquus:

Caveant jam sibi, quotquot laurum momorderunt;
Poëta reus est. Sed cur tam severi simus, ut quod sine
injuria cogitari non potest, scelestiū etiam pronun-
ciemus: peccavit unus, plectantur omnes? Clemen-
tiæ vox est: peccarunt omnes, plectatur unus. Saltem
insontes reliquis esse liceat, si exorbitātem MARIANÆ
doctrinam sive opinionem meliori sententiā rejece-

41 42 43
* ex ini-
ma wedul-
la antī. * ex ini-
ma wedul-
la antī. * οὐ ποτε οὐ ποτε
scrutato-
r cordi-
um.

runt. Non serio, inquis, ** ἐξ ἀχρά μνελοῦ φυχῆς.* Ergo tu jam
gratulor hoc naturæ divinæ tibi privile-
gium. Deinde, *Non omnes:* id enim videris dicere. imò
omnes, à calvo ad calvum, si cavillis abstines. Et satis
tibi esse debebat, R. CLAVDII A QVAVIVAE Societatis
Præpositi Generalis jussu Dogma istud de Tyrannis
dif-

IN CASA VB. EPIST. STRICTVRÆ. 35
dispunctum esse. Nodum igitur in scirpo quæris, &
ut omnino dicam, umbram captas.

Sunt qui MARIANAM laudat; ergo de Principe quicquid scripsit, amplectitur ac propugnat? Hunc sensu verba tua habet, & amplius: MARIANAM autem partim aperte laudat, partim ipsam illius Disputationem defendunt. Et quinam? RIBADENEIRA, SCRIBANIVS, GRETSERVIS, BECANVS, & plures. Hem laudant? licere arbitror, virum magnum, ab ingenio, & doctrinâ, & scribendi felicitate meritò laudandum. Quid etiam? Disputationem ejus defendunt? sed non eo sensu, quem adversarii sive affingunt, sive exagitant. Defendunt, id est, à calumniâ vindicant, ubi videri possit onerari. Non enim id prorsus scribere MARIANAM, quod nonnulli arbitrantur; nec istam omnino inesse verbis sententiam, quæ damnata est. Breviter: Opinionē illā, quam docuisse MARIANAM volunt, qui eum condemnarunt, non tantum non defendit Societas, sed solenniter repudiatur: atque hoc in Apologistâ, imò in reliquis est legere. Ergo cùm laudatur MARIANA, nulla Questioni sit injuria; Vir laudatur: cùm defenditur Disputatio, hoc agi puta, ne ultra Auctoris errorem criminatio surget, neu in pejus torqueantur verba, si non bono sensu, saltem non malo animo expressa. Nam Princeps in tyrannidem prolapsus, hominis privati ausu sine maximo scelere interfici non potest. Solennis sententiâ damnari debet, & reus fieri qui malus est, priusquam abdicetur. Quid MARIANA? lōgiūs ivit, amplius censuit. Cùm Principis tyrannide oppressâ Republicâ, sublatâ civibus inter se convenienti facultate, voluntas non desit delende tyrannidis, sclera Principis manifesta modò & intolleranda vindicandi, exitiales coratus comprehendendi: ut si sacra

patria pessumdet , publicosque hostes in provinciam attrahat . qui votis publicis favens eum perimere tentarit , haudquam iniquè eum fecisse existimabo . Explico , id est , facio , quod accusas ; imò quod nō facio . Disputationem defendo , quam non defendo . Si judiciorum potestas è adem tyrannide proculata , omnem iustitiae opem neget , & præsens calamitas Patriæ ac ruina manifestissima auxiliatricem imploret manum , quisq; Reipublicæ personam induet : movebitur prudentum consiliis , miserorum querelis , manum in Tyrannum exseret . Omnia salus unius facinus absolvet : nec facit unus , quod optant omnes ; miseri omnes , nisi unus aliquis audax sit , & negotium Patriæ agat . Ferit ille , ceteri tollunt : unius ferrum omnium velut manibus figitur , quia votis .

Hæc si minus clara etiam , è MARIANA sententiâ dicta , non è meâ ; KELLERVUM adi & audi , Quæstione III . De Tyrannicidio : Hoc rerum cardine MARIANA arbitratus est , quemlibet posse cladem à Patriâ a tertere , & a l generum Cereris mittere Tyrannum , esto sententia nulla latratis , èo quod is impedit , qui etiam cum ipsâ interisset ; imò buns ipsum Tyrannum cædi permisum Auctor pro aggressore invasoré que habuit , qualis auctoritate Legum trucidari potest . Et fortè securus est non calle satis noto Iurisperitos , qui Senatusconsulrum decretumque non exigunt contra publicum Regni proditorum : satis est , si ferro decernatur , sententia sera est . Tyrannus autem à MARIANA descriptus , notam etiam proditoris habet . quid enim est aliud , publicos hostes in provinciam attrahere , quin ex exteris Patriam prodere ? Sic igitur Disputatione MARIANÆ KELLERVIS defendit , sed cùm præfatus esset : Lento gradu progrediar , explicato tamen ; libere que dicam que MARIANA dixit , non defendam . An hæcfa-

tis

tis clarè? clausulam etiam accipe: *Hauserit MARIANA opinionem undeunde, mihi aliove Iesuitis neque verbis asserta est, neque propugnata scriptis, quicquid tu contrà clamaturus sis.* Ecce adversarium suum innocentissimâ fiduciâ alloquitur: & te nunc adversarium habet, qui affingis omnibus quod nemo defendit ergo nec RIBADENEIRA, nec SCRIBANIVS, nec GRETSERVVS, nec BECANVS.

42

Sed cur hoc vehementer magis magisque indies suspicer, inquis, liber facit *Anglicus quidam, hic deprehensus, è regionibus transmarinis in hanc Insulâ missus.* Quis iste sit liber, quis auctor, nescio. Si verò, ut fateris, doctrinam de occidentis Principibus Societati non probari testatus est, quid malignius pergis suspicari? at *Anonymus ille scriptor, inquis, postquam multa narravit (sed ficta cuncta & falsa) de præmis à LUDOVICO XIII. Rege Christianissimo, & Augustissimâ Reginâ in Iesuitas collatis, affirmat, MARIANAM rotâ illâ Disputatione non de Regibus loqui, sed de Tyrannis; quod diabolicum esse mendacium affirmamus nos.* Leniter quæsonam profectò periculum est, ne committere videaris, quantū objicis. Primum de Præmiis, falsa esse possunt, ficta esse non possunt, si falli Anonymus potuit. Sed hoc fulcro causa non consistit. Deinde, si concedamus etiam de Regibus MARIANAM loqui, nihil adhuc efficis; nisi sentire omnes debeant, quod Anonymus scripsit: aut, ut lepidius aliquid dicam, nisi Anonymus ille scriptor, & RIBADENEIRA sit, & SCRIBANIVS, & GRETSERVVS, & BECANVS, & quicumq; in Societatem adscripti sunt. at ego ignorabam, hos omnes Anglos esse, & Anglicè libellos scriptitare.

43

Vin' & ego pro MARIANA loquar, nec mentiar? vin' defendam Disputationem, nec delinquam? De Tyrannis, non Regibus agitur. Ad programma te remit-

49

to, lib. i. cap. vi. *An Tyrannum opprimere fas sit? Sic MARIANA inscriperat: tu mutas, & ais: An liceat Regem legitimum, puta HENRICVM III. Regem Galliarum Christianissimum, postquam à paucis seditionis, sed doctis, cœperit Tyrannus appellari, occidere?* Hoc ut videoas quām remotū à vero sit, ostendam dictum ab Auctore non esse, imo ne potuisse quidē dici. A Rege occiso occasio Disputationis sumitur, HENRICVS nominatur, tragœdia describitur; sed non pro tuo scopo. Sententia hæc est: *Quantum Tyranni timere debeant, in Rege discant: occisus est.* Sed de hoc facinore, in Regni, pænè Europæ factione, non una opinio erat: laudabant alii, vituperabant alii. Hi, ut majus sententiæ suæ pondus aderent, ne Tyrannum quidem contendebant privati hominis injuriæ obnoxium esse. Aliud igitur in Disputationem non venit; nec aliud præscribi argumentum debuit. Duplici ratione jus Tyranni occidendi privato homini MARIANA permittit: primùm, *sententiâ pronunciataâ*, quando aut Regni calculis dignitate exutus, Tyrannus & hostis declaratus est: deinde ante sententiam pronunciatam, quando ut Kellerus recte, *judiciorum aditus interclusi sunt, judices non terrarum modo, sed armorum quoque interjectu dirempti.* quod breviter MARIANA: *sublatâ civibus inter se cōveniendi facultate.* Atque HENRICVS III. neque capitalem Procerum audivit sententiam, tanquam jure videretur ferro posse peti; neque conveniendi facultatem civibus sustulit, qui ad arma jam venerant, tanquam ferro causam dicturi. Reliquum est, ut & Apologistæ, & Anonymo ignoscas; quódque mendacium accusaras, non esse jam fateare.

Sed quid attinet tā acerbis dictis MARIANAM compun-

pungere? Iam tum cùm scriberet, hominem se professus est; & errare híc potissimum posse, ubi pressit vestigia, non invénit. *Hac nostra*, inquit, *sententia est, à sincero animo certè profecta: in quâ cùm falli possum ut huma-*
nus, si quis meliora attulerit, gratias habeam.

Iam verò Apologistæ ingenium & cādorem quām iniquè accuses, cùm posterioreMARIANÆ editio-
 nem curatam sumptibus aīs Wechelianorum; te R.
 Clarissimūsque Andreas Schottus docebit. Hūc au-
 di; & si amicum sustines, aude deinceps os laxare.
 Quia igitur frustra híc fuisti, etiam querum ex-
 cute.

Sequitur EMANVEL Sa: in quo viro indignaris, tā-
 tūm nō reperiri quod oppugnes. Negat errasse hunc
 Scriptorem Apologista: hoc ferre iterum non po-
 tes? Vide ne innocentia infestus sis, & oblatrare vi-
 dearis, quoties nihil est quod mordeas. Ostendeerro-
 rem, & triumpha. Tu verò tanquam generoso furo-
 re actus, aliunde velut lapidem emisum sequeris &
 apprehendis. Magnanimū pietatis invadis dictum, &
 turpiter exagitas. Cogita esse, qui malitiam, et si in-
 geniosam, notare possint, ac rejicere. Calumniator
 Anonymus ex inscriptione Pyramidis Iesuitas ap-
 pellare Hæreticos ausus erat. Eluit Apologista, &
 hoc egit, ut tales esse suos ostenderet, quales maxi-
 mè dolet eos pertinacia multorum esse, verè Catho-
 licos, in fide atque religione avitā constantes. Hac
 igitur occasione verba illa, ut tu vertis nata: *Iungan-*
tur in unum dies cum nocte, tenebra cum luce, calidum cum fri-
rido, sanitas cum morbo, vita cum morte; & erit tum spes
aliqua, posse in caput Iesuitæ Hæresim cadere. Constanti
sententiā negat esse in Societate, negat fuisse, dum
52
 in

* Cirens.
dom. in doctrina Societatis perstiterit, qui * τις ποιεις erravit; qui ut turpissimus esset, nescio quem referret. Quid agis igitur? Sensem innocentissimum corrumpis, & sannis conviciisque obruis. Ut defensioni verba neges, ad jactantiam detrudis, quasi * ἀναμαρτυσίαν ποιεῖ

* Faculta- πίστες Societas præsumat, *privilegium*, ut ais, ne à Christo
sem, ut errare cīr- quidem singulis Christianis absolutè unquam promissum. Sed
ea Fidem lubet plena tua verba proponere, è non puro pecto-
non possis. re efflata: LOIOLA nimis Auctor vester suis omnibus, ut
jam disco, præstat beneficium, quod IESVS CHRISTVS * Te-
Teωπος, & ipsa bonitas singulis Christianis absolutè nunquam
promisit. O sermonis candor! ô pietatis specimen! Si
animum obstinatum habes, tamen aures præbe. Non
removet à conditione hominis lapsum Apologista;
sed à conscientiâ Catholici maculam: facit, quod
non potest, nisi à subsannatore & hoste Ecclesiæ Pon-
tificisque reprehendi.

* Deus &
Homo.

Errasse complures Pontifices quia dixerunt alii, tu re-
petis. Breviter KELLERVUS: Complures hoc nomine infama-
ri, sed ab infamibus. Si quidam scriptorum eos reprehendere,
plures defendere: cur illis creditur, non bisce? Viri Christiani
est de Christiano bona credere, ubi bona narrantur; & melio-
ra, ubi narrantur mala. Sed mali semper deteriora legunt,
& reperiunt alios ubi ipsi sunt. Verum errarint aliqui (do-
riæ finienda causâ, non enim pro vero habeo) errarint plures;
quid victoria obtinetur? de Româ mihi questio est, de Româ
responderi volo: quando illa Christum exuit? quando illa De-
um deseruit? quando illa fidem mutavit? Hic finis fandi est;
hic Sacra silentii, hic Angerona colitur; omnes muti sunt,
omnes pescis, nulla vox, nulla anima.

Illud de Imperio Litterarum, è diverticulo alla-
rum, profectò pulchrum est. Scilicet timere & Re-
ges

Reges incipient, ne Reges esse desinant, quia Theologi Societatis eruditî sunt; aut periclitari passim Academiæ, quia rudes esse ii nolunt, quos & præcipue Hærelis formidat, & CASAVBONVS audet oppugnare. Ergo non parum peccavit tibi, qui efferre ausus, *Imperium Litterarum esse penes Iesuitas*. Et quis ille? an Iesuita? non. Quis igitur? PHILIPPVS DESPORTES, vir doctrinâ & Poësi præcipue clarus. Quantum video, ne laudari quidem possunt, quos vituperare nemo audebit, nisi aut non noverit, aut mentiatur. Quid? audire laudem, nefas erit? admittere verò, non ut jaëtes, sed ut Sycophantæ alicujus mendaciis resüta, horribile scelus? Dixerat ille, *Rudes esse Iesuitas, & Litteras destruere*: opponit Apologista, quod vir Clarissimus protulerat elogium. Tantumne crimen est? Vellem hîc aut prudentior fuisses, aut modestior. Nam *ambitiosam jaëtationem, & ridiculum non minùs, quam superbū* * φρύξα μεγαλυμάτος Apologistæ exprobaret, id verò hîc aut ridiculum, aut superbū est. Quomodo ridiculum? Amplius damnas & exhibillas, quam accusare potuisti. Quomodo superbū? quicquid accusas, videris ipse usurpare. Sed de Imperio Litterarum judicent alii & disceptent; tu certè ille adhuc non es, qui Societati eripies. Nam ut concedamus, utilem Litteris labore tuum fuisse, & observitias te, quod ad nitorem utriusque Linguæ facit; nondum tu nobis tamen Hercules aut Dictator aliquis, ut præ reliquis emineas; & contemnere possis, quos nondum subjecisti. Ad rem igitur.

In librum EMANVELIS iniquus es, nonnullos ex Aphorismis sublatos esse conquereris, quos ut jure reprehendas, sceleratos nominas, & hoc satis, quia

53

54

* *ingentis
arrogantie
frem sum
perstrepon-
tem.*

55

F

nomi-

nominas. Sed quid est? siccine crimen augemus,
cùm tollimus? Bonaverba queso: crimen non erat;
tu interpretatione tuâ facis. Quid autem docuerat
SA? Clerici rebellio in Regem non est crimen lœsa Majestatis,
quia non est Principi subditus. Hæc verba quomodo
accienda, Apologista docet. Adumbrabo: esse, &
haberi crimen, quod à Clerico sceleratè agitur; sed
hic lœsa Majestatis appellari non posse. imò verò
minùs peccare Laicum, qui in Regem suum rebellis
est, et si jura divina & humana eum Regi subjiciant.
Sic verò Clericus ubi eximitur, etiam Laico scelesti-
or est: ubi Principem non agnoscit, Deum lœdit. Ius
expende, quod Ecclesiæ Reges detulerint, & vel in-
vitus fasces libertati Ecclesiastice submittes. Cri-
men lœsa Majestatis humanum est, magnum in om-
nibus, maximum in eo, qui Ecclesiæ vivit, & Deo
consecratus est: et si leviorem pœnam personæ digni-
tas faciat. Hoc si minùs placet, admitte nunc quo-
que, quod paullo aliter à KELLERO nescio cui An-
onymo responsum est, qui suam hanc calumniam fe-
cerat, ut levius tu peccares: Mendacium in EMANVE-
LEM SA injuriosum est. nam hujus doctrinam cum MARIA-
NA confert & aequat. Clerici rebellio (inquit SA, à te citatus)
in Regem, non est crimen lœsa Mæstatis, quia non est sub-
ditus Regi. Quid verò tu hinc extundes? An SA hoc loco de
Tyrannorum cædibus agit? Cur tu ea, que de cæpis disuntur,
ad allia transfers? Malitiosa ista infictitia est. Erudire paulli-
sper, si ignoras. Opinationem SA hunc in modum intelligere de-
bebis. Rebellis in Regem, vel est ei civiliter subjectus, vel est
Clericus, ab ejus jurisdictione exemptus: prior crimen lœsa
Majestatis admittit, quia in Dominum suum arma capit; pro-
illo debebat: posterior à crimine lœsa Majestatis excusat, eo

ad quod Episcopo aut Romano Pontifici subsit: à culpâ tamen minime liber est, uti nec à pœnâ, licet inaequali; quia scelus subditi maior est. Exemplo rem capies. Si parentem tuum jugules, non homicidium modo, sed & parricidium committis; si vero alius quispiam cundem trucidet, pariter homicidium committit, minime tamen parricidium; neque eadem damnatur pœna, quâ filius, quem adeo magis addeceret, vitam patri de suâ tribuere, quam illam eripere, unde habet suam.

Mitto KELLERVUM: A pologistæ tu quid opponis? verba & bilem. Ut Societatem vexes, jam in Carmelitâ aliquo, in alio queris quod reprehendas. An fortassis existimas omnes, qui Romæ & in oculis Pontificis scribunt, Iesuitas esse? Exspecto quâm mox dicas quoque, omnes qui in Britanniâ calamum movent, licepta gere-re, qui docti & eruditæ audiunt, Reges esse. Ita est, vivit in urbe adhuc Dominâ Illustrissimus, quem iterum in arenam trahis, BELLARMINVS: scribit quoque: sed & alii hoc exemplo. ergo jura Principum, & Regum Majestatem * γεμινη κραλη, quod ajunt, novis quoti-die paradoxis, ceu machinis quibusdam, & tormentis bellicis oppugnant, & funditus nuntuntur evertere? Tuæ voces sunt, sed voces: & Quorsum hæc tam putrida tendunt? Profectò Gyrgathum spiras. De Tyrannicidio perge judicium D V C A E I exquirere, & nova poteris con-vicia occupare. Quid malum, ut ille te doceat, ne-quiter ac pernitiosè à Iesuitis dici emma scribique? Scias igitur, nequiter ista ac pernitiosè sic exquiri.

AGMEN hoc claudit ANDREAS EVDÆMON -- IO-ANNE CYDONIVS, & toto bello circumseptus incedit. Quis virum eripiat ac servet? quis Homericâ involvat nube, & subducat? Timere nefas. Stabit pugnabitque hic Heros, & bonâ causâ fortis, calum-

58

58

60

* Nudo
capite.

55

nix spicula elidet. Quia verus, audebit quoque facundus esse; nec in Serenissimum Potentissimum, que Magnæ Britannæ Regem peccabit, si ut pulverariam Catisbeii conjurationem magis detestetur, à crimine & culpâ GARNETVM removeat. Hoc enim agitur, non ut subducere in famiæ velimus, aut pœnæ eripere, quos turpissima conscientia reos fecit, sed ut ille defendi possit, qui à nefario consilio alienus, Regi non injurius, morte innocentiam obsignavit. Sontem, fateor, nemo unquam sine scelere excusavit: sed innoxium protegere, virtutis ac pietatis opus est. Tanta adhuc simplicissimum veritatis vultum injuria non abscondit, ut fallere omnes iniquus de GARNETO rumor potuerit, aut displicere omnibus, quæ pro innocentia condemnatâ CYDONIUS conscripsit. Lauda Regem; eloquim tuum conabimur vincere: felicissimâ securitate maximas virtutes muui; votum augebimus: dolos, fraudes, machinas improborum disjice; acclamabimus: ostende auctorem, aut fautorem Conjurationis GARNETVM fuisse; & suppicio subscribemus. Nunc quoniam nihil, aut certè aliud adfers, patieris pro EVDÆMON IOANNE Apologistam, & pro hoc simul nos loqui, meliori adhuc vindice Societatis, quam tu oppugnator accessisti. Etenim quæ objicis, malis flabris coacta sunt, & fallacem tantum serenitati nubem inducunt. Pugnare audes, ut pulverem colligas; focum struis, ut fumum objicias; moves omnia, ut rerum saltem umbris terreas. Sed quid est? Fac extrema, Sol tamen lucebit; deprime veritatem, tamen emerget; inclama hostes, Regem tamen etiam tuum colent; postremo peccet GARNETVS, turpe scelus erit.

vt

Vt causa hæc agitur & disputatur, CYDONIO malo credere, quām CASAVBONO. Negat ille sōtem GARNETVM fuisse, negat tantum facinus in virum optimum probissimumque potuisse cadere. negat; sed causæ fiduciâ inconcussus. Tu ais: quid præterea? & ais, & ais. Actis credis, sed non solidis; conjecturis accedis, sed conjecturis. An hoc satis fortassis: Jesuita erat? aliud certè adferre non poteris. Video quid velis: quod toties jam lego, hīc toto conatu afferis: Quia jesuita, parricida erat; quia Fidei negotium egit, probus esse non potuit; quia insolenti spectaculo in Spicâ resplenduit, tuo quoque convicio dignus fuit; denique, reus GARNETVS, quia cùm in Regem non peccasset, occisus fuit. At tu eodem etiam crimen omnes obruis, quia unum accusas. Vt prorsus tui dissimilis sim, breviter agam. Notabo pauca, quæ eminere visa sunt: quia STRICTVRAS mitto, decumanos duntaxat errores feriam; reliquos, & quantum scribis, ipse CYDONIVS dissipabit ac proteret.

Ad res igitur Magnæ Britanniæ venis. Scilicet, ut tu nobis verus candidusque narrator sis, Apologistæ, CYDONII, reliquorumque iniquitatem Vamentiam, ut appellas, jugulaturus. Aures expurgo: Sibyllæ nobis folium recitabis: qui jam Britanos audis, falli non potes; & ut facilius aliorum imposturis fidem Rex Æquisimus adhibeat, tu colorem induces. Et quod fundatum fabulæ ponis? De rebus Moschorum Moschis credendum est, Turcis de rebus Turcorum, Iapanibus de rebus Iapanum. Quid deinde? De rebus Anglorum veris Anglis. Veris tantum Anglis? Fides igitur & tua laborabit, nisi Veros (non enim satis hoc vocabulum intelligo) appelles, à Pontifice alienos, Societati in-

60

61

62

F iij festos,

festos, quacumque doctrinâ pertinaciæ mancipatos.
 Falluntur igitur tuo sensu, & simul fallunt, quicumque GARNETI, aut etiam Religionis causam agunt:
 quia credunt, inquis, nescio quibus longè remotis, odio &
 malerolentiâ corruptis, postremò Græcis, & quidem Cretensibus.
 Odium & malevolentiam nunquam ostendes.
 Græcos & Cretenses lepidè nominas: sed quid? acumen tuum si æstimamus, innocens jam GARNETVS
 esse non potest, quia EVDÆMON -- IOANNES in Cretâ
 natus; & hoc potissimum causæ obstat, quod à Græco defenditur. Ad rem. Hoc te interrogo, Veritatis
 propugnator, Nullâne fides adhibenda iis, qui injuriā accipiunt? nullâne deroganda iis, qui inferunt?
 Religionis causâ si quis è Britanniâ exulat, ille certè
 accepisse injuriam dicendus est: deinde, si CASAVBO-
 NVM credidisse scribat quicquid quicumque Veri Angli
 de GARNETI morte suggererent, an falsum scribat?
 hoc certè negare non potes, nisi veri Angli falsa defe-
 rent. Verus igitur hic scriptor ille fuit, qui injuriam
 accepit; & esse poterit, qui pro tali loquitur. Pariter,
 si quis Equestris ordinis virum cum conjugé Londi-
 ni in carcerem compingat, quod is Sacerdotem è So-
 cietate, qui à quatuordecim annis Eboraci non fuit,
 ante triennium tamen inibi hospitio excepit; jure an
 injuriâ agi dices? planè, nisi & tu Verus Anglus videri
 velis, injuriâ. Hoc tamen factum est, & in cå insulâ,
 in eå urbe; ubi métiri nemo potest; ubi, qui Veri dicû-
 tur, impunè non semel populares suos traduxerunt.
 Atque tum, ut suo accusatio talo consisteret, testes
 quoque adhibiti, & juramento affirmatum, quod
 erat ^{ad óvarov.} Visum Eboraci virum, cùm Lovanii
 eslet. Nos igitur lolio hîc vicitamus? aut umbrâ
 falsi,

* Impensis
bolo.

falsi, quēm oculis his vidimus, non vidimus? quēm auribus his audivimus, non audivimus? nugæ. Certū est, vel fuisse hunc virum Eboraci, cùm non fuit; vel accusatōrē *Verum Anglum* unā cum testib⁹ esse mentitū. Vides igitur quām rerum Britānicarum fides in Britannis jam non vacillet; & quām hīc verē dici possit, quod adscribis: *In ore diorum aut trium stabit omne verbum.* Hæc omnino est illa, ut appellas, *copia testimoni⁹, dignitas personarum, privata scripta, publica acta,* quibus nisi credamus, in qui *G̃ amentes sumus.* Hæc illa *veritas est, veritas (audēsne dicere?) certa, explorata,* nota *omnibus, de quā vel dubitare infania sit, cui se opponere furor.* Etiam amplius! Hanc veritatem, quia audent ad examen deducere homines, qui peculiari instituto *G̃ religione sanctiore IESVM imitantur;* artificio narrandi, constantiā in mentiendo, *G̃ consensu* mentientium conantur obscurare, ac de memoria hominum tandem funditus delere. Vin' dicam quid sit? Qui IESVM imitantur, ut neminem decipiunt, ita nec decipi nolunt. Religione verisuat, & mendacii scenam ubique sapiro nudant. Absurdum igitur hoc istud tuum cense: *Veri Angli dicunt; ergo verum est: dicunt alii, ergo falsum.* Num Iudeis, Turcis, Paganis magis credendum adversus Christianos, quos persequuntur, quām ipsis Christianis? nemo id affirmet. Quid velim, facile intelligis. Chinenes & Japanes etiam nunc sanctissimos Christiane Religionis præcones gravissimorum criminum accusant: Pernitiosæ doctrinæ auctores esse, humanis carnibus vesci, & id genus alia: num fidem igitur adhibendam censes? tuis verbis cogeris: veri Chinenes, veri Japanes sunt. Sed non diutius nodum hanc premo. Si tantum tibi jam otii est, inspice que-

61

61

62

62

61

fo

so Plutonis per Iesuitarum collegia peregrinationes, libellum
Vero Anglo dignum, nuper post Epistolam etiam tu-
am Londini editum, & non sine summâ impuden-
tiâ Serenissimo Walliae Principi HENRICO in-
scriptum.

Quæ igitur de Clementiâ Reginæ ELISABETHÆ
addis, utinam è fidei tabulis depromantur! Sed quî
credam vera esse, quæ tot jam libris confutata sunt,
& in confessio passim habentur? Tuo est ausa ore Ca-
lumnia loqui, cùm falli potueris: & hanc erroris ve-
niam impetas, quòd, cùm hospes & peregrinus sis,
minori culpâ ignorare multa videaris: Illud prorsus,
quâ causâ in Catholicos sævitum fuerit, regnante
ELISABETHÆ. Si Religionis dicam, meram esse calumniam,
meram Sycophantiam exclames. Si dicam tamen, frustra
exclames: dicam enim quod negare non possum, ni-
si mendax sim.

Ejusdem commatis reliqua tua sunt, & verborum
fallentium solo apparatu instrueta. Nam HARTVM &
67 BOSGRAVIVM cessisse adversariis in Quæstione de Potestate
Pontificis, tam verum est, quam EDMUNDVM CAMPIA-
NV M absolutum esse, cùm in Reginam non peccasset.
Cessisse autem quomodo persuades? Quia in exili-
um missi sunt, EDMUNDO jam damnato? hac enim ra-
tiocinationis tue vis est. At pluriui exulârunt etiam,
qui de negandâ Pontificis Potestate ne quidem co-
gitarunt. Hic desiderabam acumen tuum.

Præterea quas invitus nominas supplciorum diras
& horribiles species, facilius credam, quod voves, non
videndas in hoc regno, quam, quod affirmas, non vidas.
Non videndas, quamdiu sceptrum Serenissimus Cle-
mentissimusque Rex IACOBVS geret. Vivas autem,
cum

cum femina regnaret, nec in cerebris fingentium pingenti-
umq; impiè & scelestè natas, fidelissimus rerum Angli-
carum ille scriptor adversus Equitem FRANCISCVM
HASTINGIVM ostendit. Comitatum Lincolnensem adi,
Louthum lustra; fortassis tantæ crudelitatis adhuc
vestigia invenies. Iam quid NICOLAVS SANDERVIS, li-
bro I. De Schismate Anglicano ; quid alii dicant,
scribant, pingant, ac omnino sciant, non te fugit. Fru-
stra vero. nam qui dicunt, *mendacia tibi mendaciis cu-*
mulant; qui scribunt, sceleris sceleribus, qui pingunt, por-
tenta portentis. Opportunè vero lanienam istius tem-
poris Severitatis vocabulo lenis, & latas in perniciē
Catholicorum leges, Antiquitatis exemplo, atque
Senatus consulto Silaniano, iniquā necessitate cona-
ris excusare. Neque enim ab orbe adèo nostro divisa
Britannia, ut quod ibi geratur, extra notitiam reli-
quæ Europæ remotum sit; aut tot jam anni ab
HENRICO VIII. elapsi, ut cruenta rerum memoria
evanuerit. Agnoscis, quod accusari possit, sed invol-
vis : Draconis non inficiaris leges; sed temporum neces-
sitatibus, *adversus Romanos Pontifices expressas esse, potestate*
suâ licenter nimis abutentes. Confutata dicis: ego peccé,
si abutar tempore; si que dicis etiam nunc confutem.

Ceterum, Non in odium, ais, Religionis Catholicæ
leges latas fuīs, que ab aliquot annis obtinent. Quid ita?
Quia Religio Catholica in Ecclesiâ Anglicanâ, paucis emendatis
& ad pristinam simplicitatem re-vocatis, quoad eius fieri potu-
it, cū maximè vigeret. Lepidum ~~et extempna~~ ! Sed dicas eadē
sollertia Romam Londini esse : te Catholicinomine
atque dignitate auctum, postquā in Britanniam tra-
jecisti. Antea quis eras? nescio, sileo: ubi eras? ubi
nesciri ac sileri ipse poteras, si Theologus esse incepis.

G ses.

61

62

63

64

argumentum

ses. Tanti igitur erat hoc ætatis Catholicum fieri, sed ne esses; & Theologū agere, ut sanctiore famā inclaresceres. Poteris tu quoque ad pleniorē aliquam emendationem te accingere, & quoad eius fieri poterit, absolutissimam nobis Ecclesiam dare. Bone Lector, hic seculi nostri fatalis morbus est: novitate ingeniosi, corrigere Religionem plerique ausi sunt; sed ut corrumperent. Circa divina ludere, imò lascivire, efficta pietatis scena sustinuit. Quasi dicas: Desere Ecclesiam, ut invenias; sperne caput, ut constituas. Theologi hīc loquantur, Catholicis sapiant. Ego sanè nescio, quomodo veram quis Religionem emendare possit, si ab eādem se disjungat: quomodo corpus cōstituere, si caput tollat: quomodo gregi consulere, si Pastorem repudiet.

70 Et tamē hoc jam aliquot ante HENRICVM VIII. secula cōptum agi, ut ad primam simplicitatem Ecclesia revocaretur? Avia narravit. Quid? gra vissim errare tibi, qui in HENRICI factō bārent, neque ad priora tempora assūmū revocant? Scilicet antequam Helena esset, Ilium periit: antequam HENRICVS amaret, BOLENA aliqua in Britanniā pellex fuit. Et pergis tamen ad veteres Anglo-rum historias Lectorem remittere. Rex fortassis alius cum Reginā diuortium fecit? Video, quod somniare tantū potui: repudiare auctoritatem Pontificis in Britanniā hactenus Rex quicumque ausus, qui res suas uxorem habere jussit: & oppugnari Ecclesia debuit, quoties adulterio non subscrispsit.

Nam fuit ante Helenam mulier teterrima belli
Causā.

71 Nihil verò pulchrius: Etiam si, inquis, HENRICVS VIII. non fuisset; viam tamen faci invenissent, & quod fa-

ctūs:

*Ea est, futurum fuit. Quasi dicas: Non poterat flos ille
universalis Doctrinae in magnæ Britanniæ Regno
perennare; & aliquâ tēporum hieme intercidere ve-
teris Ecclesiæ dogmata debuerunt. Post Trojam ca-
ptam Calchas fuit. Audiamus porrò: Quod in Angliâ
videmus accidisse, etiam in aliis regnis, ne dubita, e veniet, cum
erit mensura plena, & Deus volet. Sed Malum eveniat;
ergo non volet Deus, sed permittet; imò non permit-
tet, sic vota bonorum locum habeant. Ut verò tuum
hoc præsigium est, plures nunc quoq; Bolenæ erunt:
& ubique tandem, ut impii sint Reges, legitimum fa-
cient pellicatum. Ergo, ô Deus! scelestus erit Ponti-
fex, quia scelera non tolerat? contrà sanctissimus tibi
Præfus, & verè Dei plenus, pietate & doctrinâ maximus,
ROBERTVS Lincolniensis Episcopus, qui moriens & beatam a-
nimam Deo reddens, Papam omnium malorum esse caussam co-
firmavit, Hereticum & Antichristum appellans? Excla-
mem nunc verè, perisse frontem de rebus.*

70

69

Progrederis nunc, & ad Serenissimi Regis IACOBÌ
laudes sermonē transuers, à me certè non culpandum.
Vbi verus es, STRICTVRÆ meæ nō urunt. Ac sanè in il-
lo Principe benignior nobis natura ostédit, quod hæc
& alia ætas admiretur. quid etiam? salvū & floreutem
esse cupimus, & nequid piis desit votis, qualē prisca
Religio Æternitati consecrat. Nunc si Catholicum
non dicimus, quid peccamus? imò verò peccamus, si
dicimus. Tantū nomen in novâ Ecclesiâ esse non po-
test. Tu interim ex transverso in Cardinalem BEL-
LARMINVM h̄ic incurris, & ut prompta calumnia sit,
ingenio uteris. ut malè Regem laudes, perperam ex-
clusas. Serenissimus, inquis, Rex IACOBVS hanc doctrinam
& temporali Pontificis porestate respuit, detestatur, abomina-

73

G . 2 tur.

tur. Quam ob caussam? Quia priscæ Ecclesiæ inauditam
 quia famosam, furestam, exitiabilem, quia perniciosam suo, a-
 liorumq; Principum imperiis. Tu ais: quid inde? Qui re-
 spuit; Cardinali BELLARMINO Catholicus nō est, ne Christia-
 nus quidem. Non sine injuriâ aut ignorantia hæc à te
 dicuntur. Negat BELLARMINVS Regem Catholicum
 esse, sive, quod pariter usurpat nomen, Christianū;
 quia clarâ rationum face ostenderat, in plurimis gra-
 vissimisque Religionis dogmatis eum ab Ecclesiâ
 dissidere. tu(quâ fide, aut quâ fronte?)potestate Pô-
 tificis totam sententiam oneras; quasi BELLARMI-
 NO Catholicus nō sit, ne christianus quidem REX IA-
 COBV, si nullâ erroris opinione depravatus, solâ Pon-
 tificis in temporalibus potestatem recuset. Breviter:
 aliud BELLARMINVS dixit, aliud tu reprehendis; pri-
 sus quod ille non dixit. Quid reliquum est, nisi ut in
 reliquis te credamus tam verum esse, quām candi-
 dus hīc fuisti? imò quid reliquum, nisi ut de reliquis
 dubitare virtutibus Magni Regis omnes incipient,
 quem ut Catholicum faceres, admirabili verborum
 argutiolâ Potestati Pontificis exemisti. Desine: quan-
 tum peccare adversarii possunt, tu committis: ut lau-
 des Regem, alienam fannam calumniæ securi vulne-
 ras. Sic nunc quoq; , quia res Britannicas EVDÆMON-
 IOANNES narrat, verus tibi non est: quia nullâ ad-
 78 huc verborum arte coarguitur, mendacissimus nebulo,
 portentosissimus falsarum rerum hamaxarius est. Bene spe-
 ro: evomuisti. Sed conviciare, quantum porrò cala-
 mus audet; Sinisteritatem, Vecordiam, & malitia furorem,
 95 & quæ reliqua congeris, objice; veritatis facula re-
 lucebunt. An hoc satis: Cres est? Sed profecto - nec fin-
 gunt omnia Cretes. Quid etiam? Rhetorculus est? Sed præ-
 stantis-

78

95

148

stantissimus quoq; Philosophus & Theologus, veritatisque causam facundè agit. *Eruditus non est? sed hanc Epistolam tuam vincit.*

Video verò errātis adhuc multiloquentiæ tuæ sūmā.
In Regem, Regiamq; familiā conjurare, satis immane non erat facinus, nisi Societatis Patres accusarentur: tantumq; jam odiū Ordinis illius Virtus, Pietas, Integritas, denique Innocentia meruit, ut quod extremū crudelitatis consilium horribili scelere initum fuit, auctores Iesuitas necessariò habuerit. Hi, inquis, Sisyphe, vel Autolyci subtilissimam rationem excogitarunt, quā idipsum ferè in Angliā effectum darent, quod Romæ Caligula voluit, nec potuit. Et quo testimonio hoc ipsum constat? Sacro, WATSONI nescio cuius, & CLERC. Hi igitur, quia adversus Regis ac Regni quietem, anno 100. III. clādestinā machinatione conspirārunt, sci-re potuerūt, quæ sceleræ Iesuitæ texerent; quia deprehēsi, indicare. Dixerunt nimirū illi, sāpeque ac constanter affirmarunt, se cùm sua confilia Iesuitis in Angliā tum degentibus comunicassent, petiissentq; ab iis, ut tam praelari scilicet incepti participes esse vellent; responsū tulisse, Non posse Iesuitas illis sese adjungere: ut qui suam ipsi quoq; parilem telam orfi, memorabilem in ævum technam pararēt, tempore opportuno exitū habituram. O lepidum commentum! & potuītne aliquid crassiùs ineptiùsque proponi? Finge jam, quod falsissimum est, conurbationis alicujus consilium Iesuitas iniisse: manifestasse, præsertim cùm hos confortes recusarent,

-----*credat Iudeus Apella,*

Non ego.

Quia magnum hoc totius criminatio[n]is fundamen-tum est, non piguit accuratiùs in WATSONVM CLER-

92

89

CVM QVE inquirere. Res sic fuit. Vterq; Iesuitis infesti
fuere: sepius visi cum Episcopo Londinensi agere,
in hanc rem intenti, ut quos odissent, è Britanniâ ej-
cerent. Postea (ô quæ consilia!) insidiæ Regi à non-
nullis structæ, inter quos, ut eventus edocuit, ante-
signani WATSONVS & CLERCVS. Quid Iesuitæ? ut
cladem averterent, quia Religione non prohiberen-
tur, indicium procurârunt. Clarum igitur, quid
WATSONO & CLERCO credi debuit; imò quid jam
tibi, qui sine examine fidem impendis, & ægrorum
somnia, velut oracula repræsentas. Pulchrè, pulchrè:
tanquam re bene gestâ in theatrum, ut ita dicam, no-
xios producis, atrocitatem sceleris, quia nihil in
carcere, nihil in judicio actum fuit, damnatis obje-
cturus. Sed gressum profer: insontes ostendes, quia
non cōvinces: & ad publicum innocentiae argumen-
tum accedet, quòd hanc caussam CASAVBONVS dis-
putabit. Nullum crimen erit, ubi tu nullus; & verba
verbaduntaxat erunt, ubi nihil tormenta potuere.

QVATVOR omnino sunt, quibus Conjurationis im-
manitas objicitur: GARNETVS, OLDECORNVS, GRE-
VVELLIVS, GERRARDVS. Sed omnium hîc caussam
GARNETVS sustinet. Is igitur petitur, in hoc uno ce-
teri oppugnantur; quem ut facilius credamus scel-
lum fuisse, impium conaris ostendere. Et quorsum
tam longa & laboriosa calami circumductio? Verba
in compendium stringe, & semel effer: Catholicus
fuit, Sacerdos fuit; postremò, nequid desit, Iesuita
fuit. Nam profecto, si vana & fucata, quæ sententi-
am cumulant, veritatis flabello discutiantur, aliud
non dixeris. Sed GARNETVS, quia Catholicus fuit, im-
pietatem exhorruit; quia Sacerdos, scelera detestatus
est,

est; quia Iesuita, innocens esse potuit, & tamen accusari. Inspice mortem, & concede tandem viro, quod nemo eripiet: imò permitte, ut pro GARNETO loqui saltem possint, qui conjurationem istam pulv- rariam magno affectu execrantur. Ergo quod ad Acta, an inconcusse fidei monumentum appellari debeant, CYDONIVS ostendit. Virum quidem deprimis: vin' dicam? quia rationes non potes.

96

99

99

Litteræ sequuntur, & apertissimam criminis scilicet confessionem habent. Litteræ? & à GARNETO. à GAR- NETO? imò ab adversariis ipsis. Sic scribunt, qui in- nocentem accusare sustinent: sic, qui mentem adul- terare alienam ausi sunt, & manum potuere. Ne mi- remur: ingeniosum quoque scelus est. Sed ne scribe- re tantum posset GARNETVS, cùm ne manus quidem haberet, loqui etiam potuit, & linguam invénit, cùm non esset amplius. Quæ vivus nunquam dixit, extin- dus, & in hac Epistolâ jam protulit. Ergo apud Bri- tannos & scribunt, & loquuntur mortui, quos CA- SAVBONVS parricidas nuncupat. Quod ad vocem at- tinet, evanescit, quia falsa est: aliquid ponderis litte- ræ habeant, quia durant. Plures sunt; sed in contu- meliam integerimæ mentis à calumniæ mystis con- fictæ, & sic spernendæ. Etenim quam fidem mercan- tur, ab unis his disce, Ad dilectissimos Patres & Fratres.

Quatuor h̄c rationes infeliciter construuntur, quibus ad confitendū conjurationis crimen se coactū GARNETVS scribat. Prima: Accusabant me reliqui omnes conjurari. At hoc falsum, si fides ulla Aetis habenda, ab adversariis edicis. nam quid ibi nobiles conjurati? negant constanter, vel GARNETVM, vel alium quem- vis Sacerdotem mentis sui consilioque concium fu- iffe.

isse. Secunda: Catisbeius usus semper apud eos fuerat aucto-
ritate meā, quā adduxit pñè omnes, ut bene sentirent de ne-
gotio. Sed an unus aliquis ex omnibus hoc affirmavit?
nemo. Tertia: Duo quidam Corycæ inaudierant me cū OLE-
DECORNO colloquenter, atque totâ de re apud eum differentem.
Quid audiverint, ex insidiis prodiderunt: certè nō
quod hñc fingitur, participem aut consciūm funesti
consilii GARNETVM fuisse: hoc dunxaxat: Vnum
esse, à quo accusari posset, se de conjuratione, quam
continuò detestatus fuit, in Confessione cognovisse.
Ergo revelare debuit? nescivit, quod sic scivit. Sacro-
sanctum hñc silentium esse, semel à Theologis disce;
imò utile Regibus, si expendatur. Tu callide, cur dis-
simulas? Quarta: Litteræ etiam à me aurantiarum suc-
scriptæ ad D. ANNAM nescio quomodo in illorum manus per-
tulerant, quibus sententiam meam non obscurè confessus sum.
Fraudem subesse à viris fide dignis edocetus sum. Scri-
pserat ad nobilem illam virginem GARNETVS: sed de
conjuratione nihil. ea litteræ interceptæ ab adversa-
riis, occasionem fallaciæ dederunt: novæ effictæ sunt,
in quibus criminis confessio erat. hæ porrò delatae,
tanquam à GARNETO essent, nunc tanquam postumæ
ad obruendam innocentiam valent: in judicium Reo
adhuc vivo non productæ. Quid mirum auté calum-
niæ technis jam mortuū peti? vivente, & in ipso sup-
plicii pegmate impudetissima injuria exercuit. Ade-
rat, nescio an pro more, Vrbi-à Memoria, qui ut cōju-
rasse GARNETVM tandem omnibus persuaderet, publicè
asseverare ausus est, Ipsius autographos scelus se ma-
nifestum habere. Ille verò innocentia securitate ani-
matus, cùm Deum hominesque obtestatus esset (&
quanta non frequentia confluxerat!) Age, inquit,
quia

quia & morienti statuisti esse injurius, prome si-
quid habes. Ego quod ultimo possum, veritati impé-
dam sanguinē, & optimā conscientiā iniquissimam
famam superabo. Magna exspectatio populi erat. Ac-
cisor igitur, ut criminatiois fraudem dolo tege-
ret, perscrutari sinum cœpit, cumque frustra operam
sumeret, pro schedā vocem prompsit; & quia impro-
bè facere non potuit, dicere tamen sustinuit: Eas jam
litteras ad manum sibinon esse. imò, addit GARNE-
RVS, Ne esse quidem, aut fuisse unquam: & in hanc
sententiā, cùm Catholicis turbulenta in regem con-
silia dissuasisset, laqueo necatus, ac deinde dissectus,
sanguinem fudit; dignum vero, qui miraculo incla-
resceret, & in spicā, jam non cassā, Martyrem effigia-
ret. Quid tu hīc CASAVBONE? Rem absurdam, ridiculam,
v̄ falsam nominas, à zelo præpostero v̄ veritati inimico.
imò stramentitum miraculum, ab impostoribus lepidè excogi-
tatum, et si parium venistè à malo pictore concinnatum. deni-
que juvenē ipsum, qui adspersam crux Spicam ab-
stulit, neque adhuc imaginem animadverterat, re-
rum imperitum, superstitionem, fanaticum, & delirum. Ni-
hil agis: laborat caussa, cùm ad convicia itur. Quam-
tulit Spicam IOANNES WILKINSONVS (hoc juveni no-
men fuit,) viderunt alii, viderunt viri, & ii graves,
probi, cordati, serii. viderunt, & vultum non humanā
arte factum confessi sunt. His omnibus nisi oculos
eruas, à meis tu jam STRICTVRIS cæcutias necessum
est: qui suffusum malignā caligine animū geris. Au-
deo & ab adversariis ipsis miraculi fidem exigere, à
luminibus consilii, à primoribus Regni (cujus enim
manum imago non subiit?) una vox omnium erat,
Amplius hīc esse, quam ingenium etiam peritissimi
pictoris exprimeret. Ergo ut fucus veritatem obfus-
scaret atque eluderet, novæ effictæ spicæ, sed mox ag-

nitæ ac derisæ, in confirmatione miraculi valuerunt.

Alia adfers: cur persequar, aut perstringam? sponte suâ cadent, quæ struxisti; imò ceciderunt, antequâ cœ pisses struere. Poteras sanè pleraque non dicere, ut moderatior æquiorque es: de Æquivocatione verò & Confessione (quæ aliquam libri tui partem conficiunt) tacere; ne alienam sententiam viris Theologis non Theologus affingeres; aut in rebus Fidei non Catholicus peccares. Alia sanè Litterarum, alia Religionis Crisit est. Eruditionis laudem nemo tibi eripit: sed tuo te pede metire.

Tecum habita, & nōris quam fit tibi curta supplex.

Vbique sapere, & summum esse velle, quia in Græcâ atque Latinâ Philologiâ plus ceteris aliquid notâsti, hoc verò despere est. Non qui nare didicit, aëri se cōmittit. Dædalus sis licet, mediocritatē si excedis, in ruinâ ingeniosus es. Etiam atq; etiam conditionē tuam cogita, & quam Theologo non cōveniat.

Sine pennis volare haud facile' st: tua alæ pennas non habent.

Trajecisti mare, in mari tamen es: reliquisti Litteras, Philologus tamen es. siquid ultrâ, errores involvent. Hoc vide etiam, ne si esse volueris qui non es, desinas quoque esse qui fuisti. Hæc una Epistola quid nisi macula clari nuper nominis & nota? Stilo scilicet usus es, & ut magnos viros oppugnares, teipsum læsisti; ut Ecclesiæ noceres, modestiam profligasti. Populo Romano Porsena Rex fœdus olim dedit, ne ferro nisi in Agriculturâ uterentur: tibi hoc dari debet, ne stilo, nisi in Philologiæ fundo. Non istis cōsiliis tranquillitas procuratur, non dissidia compo-nuntur, non Regra stabiliuntur. facis, quantum accusas; & Hercules doces, quod non intelligis.

Si Ecclesiam esse vis, permitte Rectorem: sed ne cassum & inane tantum nomen sit, permitte Aucto-
rita-

ritatem. Aliquid ille in omnes possit , qui tranquillitatem & salutem curat omnium . cùm de Religione agitur, supra Diademata Christi Vicarius sit; cùm Reges peccant , in Deum legesque divinas bellum movent, & potentiam abutuntur, frenum inveniāt, à Pontifice corrigantur. Christiani sumus: sed tales quoq; si Principes facis; vide quā prudentiā, aut quā pietate salutarem Ecclesiæ Potestatem excludas . Quid malum! si in scelus, in hæresin, in idololatriam, in atheismum pessum omnia ruant ; silebit ille, qui unus hīc loqui potest? quiescet ille, qui unus pro Ecclesiā vigilat? connivebit ille, qui unus ad salutem severus est? Orbem cogita , mare est; Ecclesiam cogita, navis est: plus nisi reliquis possit, qui clavum regit, male navigabis : & tamen qui vehuntur, tales nihilominus erunt, quales Natura , aut Fortuna fecit. In servū Dominus potestatem habebit , in filium Pater , sic quidem navarcho non obnoxius. Summus erit Princeps, etiam si videatur non esse. non enim tam ipsum, quām mores ejus extremos Pontifici subjicimus : ut, si pietate Christianus esse velit atque Catholicus, jam sceptro suus, sciat, quis CHRISTI in terris vices gerat.

P L V R A hīc ut dicam, non est opus: & pauciora tu dixisti . Non re, sed verbis copiosus es . Hæc si spectem, Atticus ego ab Asiatico vinctus sum; si illum, vici. Sic vinci debui, ut vincerem: sic vincere, ne dixisse omnia viderere. Ad summam, tuum si componis librum , modestus fui: bonæ causæ dum cudi ferum, STRICTVRAS misi . Has si contemnere potes; aliorum licet incipias faces, ignes, fulmina timere.

*-----ἄλλα σ' ἔγω^{ει}
Πάντας κίλομα, μηδὲ ξαῖθρο Μεγάλοι
Αντίθιον πόλεμον πολεμίζειν, οὐδὲ μαχεσθαι
Αρραβίως, μέπιας τάχ' οὐκ' αὐτοῦ δύρι δέματιν.

*-As ego
nunc te
A bello, effe-
re volo, flaviā
neq; Atride
In dubio
rurus riden-
da latessere
Maris Prim-
lia, ne Grata
sternaris
cuspide fos-
sus.

Quomodo scripta, atq; etiam edita sit Epistola CASAVDONI,
quâ de Apologiâ disseruit, quæ & hic confutatur, indicat ipse his
ad eundem FRON.DVCAEV M litteris. Subjicere exemplar placuit,
quia quadam ex eo verba desumpta sunt, & initio STRICTA-
RVM ab Auctore posita.

I S. C A S A V B O N V S

FRONT. DVCAEO

S. I. THEOLOGO, V CL. S. D.


QVAM promiseram, Epistolam mitto ecce tibi, Vir clarissime mis-
to autem editam, non ut constitueram, manu meâ descriptam. Hoc
non voluntate meâ, sed jussu Serenissimi Regis, in cuius potestate
sum, esse factum. Si mihi affirmari credere non vis, candorem n. eum utiq;
non nosci. At scit Deus reges regnorum, & hanc fuisse & initio & semper mē-
tem n. ibi. nec te fugit, eos qui apud Reges vivunt, non ex suo pendere arbitrio, sed ex alieno: καὶ γε ἐλεύθεροι μόνοι τοῦ θεοῦ γένονται. Cùmigitur ea
scriptio mihi esset absoluta, & Regia Majestatis offensa, statim iussus sum in-
agere, ut quam primum typis vulgaretur. Deinde ubi cessare sum visus,
iterum atque iterum repetita in sio est, datur q. negotiū illustrissimo Pra-
suli D. Archiepiscopo Cantuariensi, ut perficeret, quod Rex cupiebat. Itali-
ber est editus, in quo niteretur cōfido, quod queripossis cum aliquā
tuā injuriā esse conjunctum. De re acrīus forzisse aliquid esse dictum vide-
bitur, sed cogitarei atrocitatem, & quid sibi velint exuabilis doctrina
auctores. Mihi illa scribenti, ob oculos semper est versatus HENRICVS
Magnus, cujus cædes fructus est eius disciplina. Apologetici vestri Aucto-
rem prorsus ignoro. Quisquis sit, sibi imputet, si quid inclemensius putabit
dictum. Nam quare defendit tam perniciosum dogma? Nulla mihi cū ve-
strā Societate privata similes intercedit. colo doctos in illa viros: BO-
NARSCIOS nō amo, neque ab illis amari laboreo. Sinemo præter tem ihi
responsurus est, existabit exemplum controversia internos modis & agita-
tis. Si fuerit BONARCSIVS, quia tantā petulantia in me est in vectus, pa-
ratum est telum, quod magnā vi retorqueam. Sed meliora Deus immor-
talis! Tuā amicitiam cupio mihi in anere sartam teclam: marebit autem, si
scriptum meum comparaveris cum Anticotribus, Théatris Antichristi,
Mysteriis iniquitatis, & id genus aliis hominum, qui, ut olim Augustus, de-
struunt aliena melius, quam propria tuentur. Vale. Londini VIII. Kal. No-
vemb. CIC. IOC. XI.

F I N I S.

48
EV-N
3.90

B10 - B





Encíli Puteani
Epitola

F . A .

064